



DE
**PONDE-
 RIBVS, ET**
 PRETIIS VETE-
 RV M NUMMORVM,
 eorumq; cum recentio-
 ribus collatione,
 LIBER VNVS.

Authore EDOVARDO
 BREREWOOD: nuper in Col-
 legio GRESSAMENSI Lon-
 dini, *Astronomiae*
 Professore.

LONDINI,
 Apud Ioannem Billium.

1614.



HONORATISSIMO DOMI-

NO, DOMINO THOMÆ
EGERTONO Equiti aurato,
Baroni de Ellesmere, Magno

ANGLIÆ Cancellario, & Cancellario
Academiæ OXONIENSIS

Dignissimo, &c.



Stiusmodi (Honora-
tissime Domine) est
huius Libelli argu-
mentum, quod me-
rito parvi pendas, quis enim
prudens & pius nummos ad-

A 2 mira-

EPISTOLA

miratur? hæc ipsa tamen de Nummis commentatio est soboles olim fota, & enutrita in sinu benignæ illius Matris florentissimæ Academiæ Oxoniensis; cuius incolumitati tanta prudentia invigilas, cuius dignitati ex ardenti tuo affectu in literas, quibus à gravissimis occupationibus liber vnicè oblectaris, tam impense faues. Mater cum tuæ dominationi sit adeo chara, confido sobolem, saltem Matris causa, haud fore penitus ingratham. Hac spe fretus, & pietate impulsus in charissimum meum Patrum, hunc eius posthumum tanti Patroni tutelæ ausus sum commendare; quam vt digneris præ-

DEDICATORIA.

præstare infantulo, orbato tam pio & docto parente, humili-
mè peto, & vna Deum opti-
mum maximum vt domina-
tionem tuam publico bono
(quod adeo studiose promo-
vet) diu servet sospitem, &
incolumem.

Vestræ dominationi

omni obsequio

humilimè deuotus,

ROBERTVS BREREWOOD.

INDEX.

CAP. I.

DE Nummis Argenteis proprijs Iudeo-
rum. fol. 1.

CAP. II.

De Nummis areis, quorum in Sacris Libris fit
mentio. fol. 7.

CAP. III.

De Nummis Aureis qui in usu Iudeorū. fol. 8.

CAP. IIII.

De Summis Nummorum Hebræis. fol. 11.

CAP. V.

De Præcipuis quibusdam Nummorum Sum-
mis quarum in Libris sacris Mentio. fol. 13.

CAP. VI.

Consideratio. De Auri & Argenti Numero à
Daide relicto Solomoni, pro Templi fabrica. f. 16.

CAP. VII.

De Veteribus Græcorum & Exterorum Num-
mis. Primo, de Argenteis & areis. fol. 18.

CAP. VIII.

De Nummis Aureis Græcorum & Asiatico-
rum. fol. 22.

CAP. IX.

De Summis Nummorum Græcis. fol. 25.

CAP. X.

De præcipuis quibusdam Græcis Nummorum
Numeris. fol. 28.

CAP. XI.

De Veteribus Romanorum Nummis. Primo,
De

INDEX.

- De initijs Nummorum apud Romanos.* fol. 31.
 CAP. XII.
De Aereis Romanorum Nummis. fol. 32.
 CAP. XIII.
De Argenteis Romanorum Nummis. fol. 34.
 CAP. XIII.
De Aureis Romanorum Nummis. fol. 36.
 CAP. XV.
De Aureis Nummis post Imperij sedem Byzantium translatum. fol. 38.
 CAP. XVI.
De Argenteis & aereis Nummis Imperij Byzantium translati. fol. 40.
 CAP. XVII.
De Summis Nummorum Romanis. fol. 41.
 CAP. XVIII.
De Sestertio. Et arte Romana, Numerandi per sestertios. fol. 42.
 CAP. XIX.
Summae quaedam Romanorum Nummum, & earum in nostris Declaratio. fol. 44.
 CAP. XX.
De Proportione Auri ad Argentum. fol. 48.
 CAP. XXI.
De Auri & Argenti Pretijs. fol. 50.
 CAP. XXII.
De Aurei & Argentei Nummi Temperaturis. fol. 51.
 CAP. XXIII.
De Pretio & pondere aris & aliorum Metallorum. fol. 55.

CAP. I.

I

DE
PONDERIBVS
ET PRETIIS,
 VETERVM NUM-
 MORVM.



D quod Romani dixerunt 1^o. Monetam, quod nota aliqua impressa certi moneret pretij, & 2^o. Pecuniam, quod * Pecunis imagine olim signaretur : 3^o. Nummus etiam appellatur, origine ut videtur ^a Græca, ὅτι ἐφύσει ἀλλὰ νόμος ἐστίν, quod ^b ARISTOTELES de Græco vocabulo νόμισμα dixit, Nam & eo nomine Græcis, à lege qua instituitur, & χρῆμα ab usu, nuncupatur.

* Plin. l. 33. c. 3
 Plutarch. in
 Publicola.

^a Pollux. l. 9. c.
 de Talent.
^b Arist. l. Ethic.
 5. cap. 8.

CAP. I.

De Nummis Argenteis proprijs Iudaorum.



DE veterum itaque Nummorum ponderibus & potestate dicturus, incipiam a nummis Hebraeorum : Illi vero nullum habuerunt proprium ex argento, præter Siclum & eius partes.

B

Shekel,

קפואו קפואו
id est
שקל ישראל
קפואו קפואו
קפואו קפואו
id est
דו שקלים הקורשה

* In *Tract. Sanebrin* cap. 2. *Abraham de Balmis*, in אברהם באלמיס cap. 1. &c. a *Ioseph. l. 3. Antiq. c. 9.* Hieron. in *Comment. ad c. 4. Ezechiel.* & ad 17. *Matthaei.* Hesyeh in *vocab. סיאאדס.*
b R *Mof. Grund.* ad fin. *expos. Pentateuchi.* *Ar. Montan. l. de Mens. sacris.* *Tract. de Siculo.* *Masius ad cap. 7. Iosue.* *Anton. August. Dial. 2. de Num. Antiq.* &c.

Varro. l. 4. de Ling. Lat. na.

Shekel, altera facie vasculum ostendit quo Manna seruabatur in Sanctuario, cum hac perigrapha, *Shekel ISRAELIS*: altera, virgam AARONIS afflorescentem, cum inscriptione, Ierusalem Sancta: Quæ sane ante Captiuitatem Babylonicam, antiquis Hebræis literis quas Samaritanas nunc vocant, expressa fuit: Post eam vero, Hebræis nouis, id est, Assyrijs seu Chaldæis: Characteres enim qui nunc sunt in Hebræorum vsu, atq; jam diu fuerunt ab EZRÆ temporibus, Assyriorum fuisse, * Iudæi ipsi haud diffrentur. Porrò, pondus Sicli exquisitè semuncia fuit; id est, drachmarum 4. vt ^a IOSEPHVS, HIERONIMVS, HESYCHIVS prodiderunt, & ^b alij viri docti experientia facta deprehenderunt. Licet autem Septuaginta Interpretes שקל sæpe reddant *διδραχμων*, vt *Genes. 23. 15. Exod. 21. 32. Leuit. 27. 3. 4. 5. 6. 7. &c. Ios. 7. 21. &c.* Non tamen cum respectu ad drachmam Atticam, sed Hebræam vel Alexandrinam, illi sunt intelligendi: Etenim cum Interpretes ipsi Hebræi essent, & libros sacros Alexandria Græcè conuerterent, omnino credibile est, aut ad regionis suæ, aut ad Alexandria pondera eos respexisse. Drachma autem Hebræa etiamq; Alexandrina Atticæ dupla fuit: Nam Talentum Alexandrinum 12000. drachmas Atticas continebat authore VARRONE, quantum etiam & Hebræum fuit: Omne autem Talentum continere 6000. drachmas eius loci proprias

שקל

Pollux. l. 9. Onomastic. c. de Talento.
Suid. in dictione τάλαντον.

Ioseph. de Bell. Iudaic. l. 7. c. 26.

Eiphan. lib. de Ponderib.

Ioseph. l. 13. Antiquit cap. 5.

prias cuius talentum esse dicitur, POLLUX & SVIDA prodiderunt: Proinde didrachmum pondere hebreo vel Alexandrino, tetradrachmum fuit Attico. Siclus itaq; Israelitarum, Atheniensium Stateri omnino par fuit, eaq; causa interdum SYMMACHO, plerunq; AQUILÆ, *σατήρ* Græcè redditur: valet proinde *Shekel* de nostro.

Dimidius Siclus, cuius mentio *Exod. 30. 13. & 15. & cap. 38. 26.* Tributum à viris lingulis Tabernaculo & Templo pensitatum, idq; annuatim, vt *1. Chro. 24. v. 6. & 9.* manifestum est, & post Templum dirutum, Capitolio Romano ex decreto VESPASIANI, vt IOSEPHVS meminit, Qui etiam Siclus Regius & Publicus dictus fuit, de quo *2. Sam. 14. 26.* Ibi enim pro ducentis siclis Regij ponderis, Septuaginta centum siclos reddiderunt, Intellige scilicet centum siclos Sanctuarij. De quo EPIPHANIVS est etiam capiendus, Siclus inquit est quarta pars vnciæ. Et vbi *1. lib. Macch. 10. 42.* DEMETRIVS remittit Iudæis 5000. siclos. IOSEPHVS pro ijs posuit 10000. drachmas. Ponderabat itaq; drachmas duas, Attico didrachmo par. Et valet de nostro.

Triens Sicli, id est tertia eius pars, cuius mentio NEHEMIAE IO 32. Annum tributum, Templo secundo ab Hebræis ciuili decreto exhibitum. Valet de nostro.

Quadrans Sicli, etiam Hebræis in vsu fuit, vt manifestum est è *lib. 1. Sam. 9. 8.* Chaldæus

2 s 6. d
בין שקל סגית
השקל

1 s 3. d
שלושית השקל

10. d

R. Elias in Rad-
וּי & דָּבָר
R. Dav. Kimbi ad
Ezechiel. 45. 12.
& 1. Samuel. 9.

* L. de Misnaioth
Tract. de Angu-
lo, cap. 8.

כימ vertit, quod nomen SYRVS etiam LVCAE
15. 8. reddit pro δράχμῳ. Et quidem tantum,
scilicet drachmam R. ELIAS in Tishbi, &
R. KIMBI zuzam esse definiunt. (Ducentis
zuzim determinatur victus annuus honestus
homini pauperi (è nostro, id est 6. li 5. s.) quan-
tum qui habet, si mendicet, excommunica-
tionem incurrit apud Iudæos vt est in * Tal-
mud.) Quadrans ergo Sicli, drachmæ Atticæ,
Denarioq; Romano par est. Valetq; nostri:
Gherah, est vigesima Sicli pars, vt est in Exod.
30. 13. Leuit. 27. 25. Ezech. 45. 12. &c. Id est,
quinta pars drachmæ, vt non satis accurate
interpretes pro Gherah obolum reddant, cum
Obolus drachmæ pars sexta sit. Chaldeus
semper ^{שקל} exponit. De nostro valet.

Agorah, 1. Sam. 2. 36. Idem quod Gherah.
Nam & eisdem nominibus Chaldeus & Græcus
vtranq; dictionem reddunt, Ille ^{שקל}, sic ὄβολον,
& Hebræi omnes sic existimant.

Keseph, id est, argentum, cum Nummum
designat, vt sæpe in sacris libris. Genes. 20. 16.
& 23. 16. & 43. 21. & 2. Samuel 18. 11. &
12. &c. Siclum denotat. Chaldeus enim
^{שקל} reddit, quo nomine & שקל reddere solet.
(Et Septuaginta in loco allato SAMVELIS
σικλῶν conuertunt.) Eiusdem præterea ponde-
ris esse dictum Chaldeum Nummum Silgha,
& Hebræum Shekel, * Hebræi ipsi authores
sunt. Valet proinde Keseph de nostro.

Keshitah, cuius ter in sacris metio. Gen. 33. 19
Ios.

רַבֵּן הַשֶּׁקֶל

7. d ob.

גרה

1. d ob.

אגורא

1. d ob.

כסף

2. s 6. d

קשיתא

Ios. 24. 32. Job 42. 11. Nummus fuit Agni ima-
gine signatus, indeq; Keshitah, id est, agnus, ap-
pellatus, vt à pecude pecunia. Vetus sic Num-
mus Chaldæorum aut Arabum proprius vi-
detur fuisse, è circumstantijs locorum in qui-
bus sit eius mentio. Idem autem erat Arabi-
bus quod Iudæis Megha, id est, Gherah, vt
* Rab. Hakiua ex itinere suo Arabico retulit:
Idemq; R. Leui Ben Gerson in Pentateuchum ex
Rabbinis statuit. Valuit proinde de nostro.

* Apud R. Dav.
Kimbi in Radi-
cib. & R. Solum.
in Com. ad 33.
Genes.

De Nummis
Noui Testa-
menti.

Euseb. l. 4. Dem.
Euangelic.

Argenteus, cum Nūmum significet Iudai-
cum, vt Matt. 26. 15. idemq; sonet quod
Keseph, ex Iudæorum vsu Siclum denotat: vt
recte EVSEBIVS transcripserit, Σικλον ἡ σατράπης
quod MATTHÆVS τριδηνοντα ἀργύρια dixerat:
Proinde valet nostri.

At Argenteus, Act. 19. 19. vbi de Num-
mis Græcis sermo est, drachmam Atticam
valet: Græci enim pecuniarum summas nu-
merabant drachmis, vt Iudæi siclis, & Roma-
ni sestertijs: Ephesus autem (cuius argentei
illi erant) Græca ciuitas fuit, Atheniensium
Colonia, vt STRABO & PAUSANIAS au-
thores. Valuit proinde ille argenteus, nostri.

Drachma, Luc. 15. 8. & 9. Quadrantem sicli,
aut denarium Romanum designat, vterq; e-
nim drachmam ponderabat: valet ergo nostri.
Didrachmum, Matth. 17. 24. significat semisi-
clum, quem ex diuino præcepto Exod. 30. 13.
Viri singuli inter Iudæos plusquam annos 20.

B 3 nati,

1. d ob.

Ἀργύριον.
Hebreum.

2. s 6. d

Ἀργύριον.
Græcum.

7. d ob.

Δράχμῳ.

7. d ob.

Διδράχμῳ.

nati, templo, pendebant. Non autem designare illic tributum Romanum, manifestum est; Quia id Romanis nummis pensitatum fuit, ut ex *Matth. 22. 17. & 19. & 21.* Illi autem Nummos denarijs maiores (qui scilicet essent in vulgari usu) non percusserunt. Quod autem Christus de Regibus terræ loquitur, id exempli causa inducit, quod ipse Dei filius non magis Templo Dei tributum deberet, quam Regibus eorum filij. Voluit autem didrachmum.

Stater, Matth. 17. 27. Denotat Græco nomine siclum Hebræorum, stateri Attico pondere omnino æqualem. Nam duo didrachma continebat, cum pro tributa CHRISTI & PETRI solueretur: Proinde valuit.

DENARIUS, ut in *Matth. 18. 22. & 22. 19. & c.* Isq; planè Romanus, ut manifestum est, è posteriori loco MATTHÆI citato v. 21. quoniam Cæsaris imaginem ostendebat. Quartam partem *Silgha*, id est, Sicli valuit, ut * Hebræi etiam docent, & proinde drachmam ponderabat. Valebatq; nostri.

CAP.

De Nummis
externis qui
in Iudaorum
usu.

* Lib. Misnaioth.
Tract. de decima
secunda. cap. 2.
Et Tract. de
Cbetuboth. cap. 5.

1.^s 3.^d
Στατήρ.2.^s 6.^d

Δωδράχιον.

7.^d ob.

CAP. II.

De Nummis æreis, quorum in Sacris Libris fit mentio.

IUDÆORUM tantum Nummorum ex argento sacri libri meminerunt. Licet autem certum sit, Iudæos etiam ex ære percussos proprios nummos habuisse, isdem plane figuris & characteribus signatos quibus argentei, ut ANTONIVS AVGVSTINVS prodidit. Nulla tamen eorum in historijs superest memoria, verum omnes quorum in sacris fit mentio (ut videtur) sunt externi. Illi vero sunt.

ASSARIUS, *Matth. 10. 29.* Hebræis recentioribus. Qui, si pars esset Nonagesima sexta *Silgha*, id est, Sicli, ut Hebræi definiunt in * *Misnaioth*, valeret *q^a. c.* Sin vero Assis semisse sit, ut cum ^a AGRICOLA ex VARRONE, mihi etiam videtur ex ^d CLEOPATRA, cui Assarius drachmas duas pendet, cum eo tempore, longeq; ante, Asses essent semunciales ex lege PAPHYRIA, valebat de nostro.

Quadrans, *Matth. 5. 26. Marc. 12. 42.* Si quarta pars oboli sit, valet *q^a. c.* (HESYCHIVS quadrantem interpretatur quartam partem *Follis*.) Quod si quartam Assis partem denotat, ut magis videtur, (Nam alios quadrantes nemo rei nummarie peritus obseruavit apud

Ro-

Ant. Augustin.
Dialog. 2. de
Num. Antiquis.

* Tract. de Gittim. c. 1. parag. 8.
Et tract. de Nerikim. c. 8. par. 7.
a Agricol lib. 2 de Ponderib. externis.
d Cleopat. in Cosmet.
Hesychin vocat.
Κοδράτης:
Id quantum sit collige ex recentioribus Nummis Grecorum.

* Ασάριος.

q^a. c.

Κοδράτης.

Romanos,) Dimidium erit Assarij, drachmamq; ponderabit, valuitq; proinde nostri. *Minutum, Luc. 21.2. Marc. 12.42.* Dimidium est quadrantis, e duo enim *Lepta* sca Minuta quadrantem efficiunt, vt ille *MARCI* locus declarat, idemq; f *SVIDA & HESYCHIVS.* Minutum proinde semidrachmam ponderabat, valebatq; Denarij Romani partem octuagesimam, vt *Quadrans* quadragesimam, *Assarius* vigesimam. Valuitq; de nostro.

e *Vnde* שבוטא id est, *Obolus*, redditur à Syro utroq; in loco. f *Uterq; n Voc.* קוד פאטרס.

q. c.
אעפדו.

c. 1/2.

CAP III.

De Nummis Aureis qui in usu Iudaeorum.

Aureorum autem Nummorum in libris Sacris quatuor opinor tantum nomina. *Zahab*, *Siclus* *Auri*, *Adarcon*, & *Drakmon*. Quorum duo priores tantum ad nummos Hebræorum proprios videntur pertinuisse. *Zahab* enim *2. Reg. 5.5.* & *2. Chron. 9.16.* &c. pro Nummo meminit. *Sicli* aurei autem *1. Chro. 21.25.* vtrumq; autem nomen vbi Nummum designat, Aureum didrachmum vt videtur significat. Namq; & *Statere* aureos *Perfarum*, *Græcorum*, *Romanorum* aliarumq; celebrium gentium obseruo ex antiquitate, tantum fere ponderasse. Et præterea ea aureorum summa, quæ *1. Reg. 10.17.* tres auri *Minæ* esse dicitur, refertur *2. Chr. 9.16.*

זחב
Et
קדל זחב

* *Vide Nummos Græcos in lavæ.*

9.16. esse trecenti Aurei. * *Minas* enim omnium gentium singulos 100. earum drachmas continere notum est, quod autem drachmale est pondere Hebræo, didrachmum esse pondere Attico, supra comprobavi. Licet autem *Chaldæus*, *2. Reg. 5.5.* *Zahab* 6000. tot milia זחב id est, denarios reddit, quod scilicet essent denariorum pondere, non tamen de argenteorum denariorum pondere, sed aureorum, *Paraphrastem* intelligo: Aureos enim Romanorum, etiam Denarios fuisse ab ijs appellatos, (quod scilicet easdem plane imagines ostenderent, & magnitudine non multum diffident) è * *PLINIO* & alijs clare elicimus. *R. Levi Ben Gerson* autem, nomina זחב & זחב, cum ad Nummorum rationem iudicandam adhibentur, siclorum pondus significare statuit. Id quod de siclis vulgaribus, non siclis Sanctuarij intelligendum est. Licet enim vbi numerus ponderis innuitur, videtur siclos denotare integros, vt *Iudic. 8.26.* vbi Septuaginta 1700. *Zahab*, tot siclos reddunt. Vbi tamen numerus Nummorum designatur, exhibet semper didrachmas aureas. Aureus ergo Hebræorum, vulgari eorum siclo argenteo pondere æqualis, drachmas duas Atticas pendebat. Et proinde pro ea proportione auri ad argentum quæ apud nos viget, scilicet duodecupla, valuit de nostro.

* *Plin. l. 33. c. 3.* *Didymus* apud *Priscian. lib. de Ponderib. Comment. ad 8. Iudic. cap. 26.*

Duo autem alia aurearum Monetarum nomina in veteri Testamento sunt, *Adarcon* & *Drakmon.*

זחב
אדרכון
&
דראקמון

Drakmon. Illud *Ezra* 8.27. & *1.Chron.* 29.7. Hoc *Ezra* 2.69. & *Nehem.* 7.70. & 71. & 72. Vterq; Nummus Hebræis externus fuit (vt nomina ipsa satis indicant, quorum neutrum est Hebrææ originis) & Perlicus, vt videtur, vterq; etiam eiusdem ponderis, cum vtrunq; Græci Interpretes *δραχμῶν* conuertant, quod tamen vt dixi cum respectu ad pondera Alexandrina, aut Hebræa, intelligendum est, quæ Atticorum ponderum eiusdem appellationis dupla sunt. Drakmon autem nomen ponderis videtur esse: Adarcon autem, (si coniectura mea non fallit) nomen Principis innuit, & Daricum Persarum Aureum notat: Nam & DARIUS HISTASPIS filius tunc regnavit, cum hij nummi aurei EZRAE tempore oblati dicuntur in Templi structuram, & ab illo DARIO procosos fuisse aureos optimos, HERODOTVS memoriæ prodidit. Qui vel eam ob causam DARICI dicebantur, vel, testante PLUTARCHO, quod in altera parte DARIJ imagine signarentur. Licet autem nomen Adarcon semel ante legatur in rerum vetustiorum historia, scilicet. *1.Chron.* 29.7. Tamen, * cum EZRA eius etiam libri author extiterit, potuit quidem ille rei veteri recentius nomen externum imponere, quod scilicet nummum eiusdem plane ponderis designaret. Eo autem magis mihi videtur nomen *Adarcon Daricum* notare, quod prima litera ablata DARICVM fere sonat. ^a n autem in dictionis

Herodot. in
Melpomene.
Plutarch. in
Artaxerxe.

* Vide Abulens.
in Prefat. lib.
Chron. Quæst. 5.

a Vide Guidon.
Fabric. in Gram.
Chaldaea. & An-
gel. Cnir. in In-
stitut. ling.
Spiic.

dictionis initio, sæpe præter radicem est Chal-
dæis, & vel seruit loco n apud Hebræos, vel etiam præpositionis vicem obtinet, iuxta, secundum, vel tale quid denotantis. Vnde in loco *Chronicorum*, principes tot *Adarconim* obtulisse, innuere videtur, tot dedisse aureos, qui essent pondere *Daricorum*, *Adarcon*, ergo & *Drakmon*, vt vernaculus Hebræorum aureus, valet de nummis nostris.

15.^s

CAP. IIII.

De Summis Nummorum Hebræis.



Ixi de nummorum generibus quorum in sacris Libris vlla mentio. De eorum summis dicam proximè, quarum duæ apud Hebræos celebrantur.

Illæ sunt.

Maneh, *מנח* Græci dicunt, Latini Minam. Mina vero Hebræa, Auri quidem, continet 100. drachmas pro pondere Hebræo (id est 200. Atticas) pro communi gentium ritu: valetq; nostri.

מנח seu מנה
Auri.

75. li.

At Argenti, Mina; apud Hebræos 60. siclos complectitur, vt *Ezechiel* 45.12. id est 240 drachmas Atticas, siue vt IOSEPHVS ait eodem sensu, libras Argenti duas cum dimidia: Et proinde valet de nostro.

Argenti, vetus.

7. li. 10. s

C 2

Quod

Ioseph. lib. 14.
Antiquit. c. 12.

* Tract. de An-
gulo. c. 8. parag.
n. 1.

Quod vero ab Hebraeis. *Lib. * Misnaioth.* Mina Denarios seu drachmas 100. (intellige Atticas) continere dicitur, Accipiendum est de recentiori eius nominis instituto, & ex Græcorum aliarumq; gentium commercijs inter Hebræos valuiffe. Eaque Mina valuit nostri.

Talentum Hebraorum cōtinet pondere 3000 siclos, vt obseruanti euident est è 38. *Exod. 25 & 26.* Nam pro sexcentis millibus virorum, tot semisicli oblati, faciunt trecenta millia siclorum, qui eo loco talenta centum conficere dicuntur. Ergo 3000. sicli ad Talentum pertinuerunt. Continet proinde 12000. drachmas Atticas, Atticiq; Talenti duplum existit. Ponderatq; vt etiam *EPHANIUS* obseruat, Libras 125. Valet proinde talentum Hebræum in Argento, de nummis nostris.

Auri vero Talentum Hebraicum, seruata in pretio auri ad argentum proportione duodecupla, quæ nunc vbiq; fere viget, Valet de nostro.

Argenti, Noua.

3.li 2.s 6.d

722
Argenti.

375.li
Auri.

4500.li

C.A.P.

Epiphanius, lib. de Ponderib.

C A P. V.

De Præcipuis quibusdam Nummorum summis quarum in Libris sacris Mentio.

D

Ixi de nummis qui apud Hebræos fuerint in vsu. Quorum præcipuas quasdam collectiones, in historijs sacris celebratas, proximè, per nummos ponderaq; nostra, exercitij causa, declarabo.

Mulcta Domino præscripta fuit apud Iudæos 30. siclorum, cuius bos alterius seruum occiderat. De nostro id valuit.

Ghakan 200. Argenti siclos fatetur sacrilegio à se surreptos; Id facit de nostro.

ABRAHAM emit agrum ab *Ephron* in sepulturam pro 400. siclis argenti. Id fuit de nostro.

Ghakan præter argentum prædictum, suffuratus est laminam auream 50. siclorum; id est pondere 50. siclorum. Id valuit de nostro.

DAVID ab *Ornan Iebusæo* arcam, altari extruendo, emit 50. siclis. Id fuit nostri.

At libro *Chronicorum* id dicitur fecisse 600. auri siclis, qui seruata proportione auri ad argentum duodecupla, cum didrachmi fuerint, efficiunt.

Cōtradictionem obiter tollo. Nam in *Samuele* mentio fit tantum arcæ Altari extruendo; cuius pretium 50. siclorum. In *Chronicis* autem locus etiam arcæ memoratur, id est, locus arcæ.

C 3

ad-

Exod. 21. 32.

Ios. 7. 21.

Genes. 23. 15.

Ios. 7. 21.

2. Sam. 24. 24.

1. Chron. 21. 25.

3.li 15.s

25.li

50.li

75.li

6.li 5.s

450.li

adjacens, templo exigendo à DAVIDE comparatus, id est, totus Mons *Moriah*: vt manifestum est ex collatione *2.Chron. cap. 3. vers. 1.* Euentu enim edoctus inter sacrificia DAVID locum esse acceptum Deo, postquam emisset aream, emit etiam 600. auri siclis, totum locum adjacentem qui ad Ornan pertinuit.

1.Sam.17.7.

Ferrum hastæ *Goliathi* ponderabat 600. siclos. Obserua autem siclum in sacris si absolute ponatur vbicunq; nomen ponderis est, semper denotare vnciam dimidiam. Ponderabat ergo id ferrum.

Libras. 25.

Ibidem.

Eius lorice pondus fuit 5000. siclorum.

Ponderabat itaq;

Libras. 208. &
4. Vncias.

2.Sam.14.26.

Tonsura annua capillitij ABSALONIS, ducentos siclos Regij ponderis pendebat: Is autem Sicli Sanctuarij dimidium fuit: ponderabat ergo.

Libras. 4. & 2.
Vncias.

Matth.26.15.

Argentei 30. proditoris Iudæ stipendium, sicli vt dixi, erant, valuerunt de nostro.

3.li 15.s

Ioan.12.5.

Denarij 300. vnguenti æstimatio a MAGDALENA in CHRISTI caput effusi, IVDÆ scandalum, Valuerunt de nostro.

9.li 7.s 6.d

Exod.37.24.

Sumptus Auri in Tabernaculi structuram oblatis, fuit 29. Talentorum, & 730. siclorum Id de nostro erat.

131595.li

Ibid.v.25.

Sumptus Argenti pro eodem opere, 100. talentorum & 1775. siclorum. Id facit de nostro.

37721.17.s.6.d

1.Reg.9.14.

HIRAM SALOMONI in Templi operamisit 120. Auri talenta: Id de nostro nummo valuit.

540000.li

Quan-

1.Reg.10.10.

Quantum etiam Auri Regina *Sheba*, SALOMONI loco honorarij attulisse dicitur.

1.Reg.9.28.

EX OPHIR allata SALOMONI, Auri talenta 420. Id fuit.

1890000.li.

1.Chron.22.14.

DAVID reliquisse dicitur SALOMONI pro Templi fabrica Auri talenta 100000. Immensa summa. De nostro.

450000000.li.

Ibidem.

Præterea, argenti pro eodem opere 1000000 talenta. Id facit de nostro.

375000000.li.

1.Chron.29.4.

Porro, de suo Peculio eum in vsum consecrauit 3000. Auri talenta. Id de nostro.

13500000.li.

Ibid.

Et Argenti 7000. talenta. Id reddit de nostro.

2625000.li.

1.Chron.29.7.

Oblatio Principum DAVIDIS in eiusdem Templi structuram, fuit Auri talenta 500. & 10000. *Adarconim*. Id de nostro.

22507500.li.

Ibid.

Et Argenti 10000. Talenta, quod de nostro valuit.

3750000.li.

2.Chron.9.13.

Reditus annuus SALOMONIS, præter negotiationis & arematum prouentus & principum honoraria fuit 666. Auri Talenta. Id de nostro facit.

2997000.li.

2.Reg.18.14.

Tributum HEZEKIAE impositum à Rege Assyriæ 300. talenta argenti & 30. auri. De nostro fuit.

2475000.li.

Esrae 2.69.

A Principibus familiarum quibusdam in secundi Templi ædificationem auri *Drakmonim* 61000. collati sunt. Id fuit.

45750.li.

Ibidem.

Argenti autem Minæ 5000. Id conficiat nostri.

31250.li.

CAP.

CAP. VI.

*Consideratio. De Auri & Argenti Numero
à DAVIDE relicto SALOMONI,
pro Templi fabrica.*

Dixi diligenter de antiquis Hebræorum nummis quorum in sacris scriptis superest memoria, eorumq; ponderibus & potestate. Cruciat me tamen nonnihil ille vnus sacræ historiæ locus. *1. Chron. 22. 14.* de ingenti numero talentorum auri & argenti, relicto à DAVIDE SALOMONI pro Templi structura: Nam omnes omnium Monarcharum thesauros & opulentiam longe superat, quorum vlla in historijs mentio, si acervos Sardanapali, secum vno flammis traditos solum excipiamus. Porro, neq; modus vllus DAVIDI, qui à prædecessoribus suis thesauros nullos acceperat, acervandi tam imensos cumulos, quantos ex vastissimis imperijs, nullus vnquam vel rapacissimis principum Romanorum, Græcorum, Persarum corraserat. Neq; profecto tantam auri argentiq; immensitatem, illud opus postulabat. Quin potius, si ex solido argento fuissent integri templi parietes & pavimenta: Si ex auro solido lectum integrum, & præter interiorem parietum cælaturam; Omne quodcunq; interius supellectile eius fuisset constatum: Illi tamen

tamen acervi pro opere & operarijs, non suffecissent abunde tantum, verum longe superassent. Consideravi enim quam potui diligentissime Templi dimensiones, & cum ea auri & argenti mole in solidam Massam conflata, comparavi, & calculis subductis, hanc supra illam multum excreuisse reperij. Verum, & ex paupertate sua, DAVIDI ipse dicit, hæc se consecrasse Deo, quasi afflictionum suarum & bellorum reliquias, quibus graviter vexatus & haustus fuerat, At hæc paupertas omnem opulentissimorum regum affluentiam quantum superat? Proinde necessario dicendum videtur, aut aliud eo loci denotare Hebræam vocem ככך quam talentum, vel aliam esse posse Talenti notationem, præter eam quam ex MOSIS historia supra clicui. Et quidem ככך significare massam aliquam planam & pressam, tortæ instar aut placentæ (qua forma aurum & argentum seruari in Principum thesauris consuevit) certum est, cum nomen ipsum planitiem significet ex origine, qua vocis eius acceptione, de illa DAVIDIS summa nihil certi constabit. Præterea, & nominis Talenti variam fuisse apud Antiquos notionem, & interdum exiguam aliquam summam designasse, ex veterum scriptis facile elicio. EUPOLEMVS apud EVSEBIVM, in sumptu Templi numerando, talentum siclum denotari prodidit, id est, drachmas 4. POLLVX in libro de rerum vocabu-

*Ar. Montan. lib.
de Mens. sacr.
c. de Chicar.
Et Lexicographi
Hebræi.*

*Euseb. de præpar.
Euang. l. 9. c. 4.
Poll. l. 9. Onoma-
stic. c. de Talent.*

Et lib. 4. cap. 24.
Homer. Iliad.
lib. 23.

* Pollux. lib. 9.
Onomastic. &
Varro. lib. 4. de
Ling. Latina.

lis ad commodum scripto, Talentum argenti quidem, 60. Minas, at Talentum Auri, 3. Aureos Atticos, id est, 6. drachmas constituit. Quin paruum aliquid fuisse antiquitus auri talentum, HOMERVS etiam non obscure indicat; In quo certantibus ad tumulum PATROCLI, inter res non magni prætij, scilicet, captiuam foeminam, equam pregnantem, lebetem, & phialam æream, duo auri talenta, & quidem quarto loco, scilicet post lebetem, exhibentur in præmium. Deniq; cum Talentum * Siculum, Neapolitanum, Rheginum, tam exiguum pondus notarit, Illud drachmas 6. Istud 3. hoc $\frac{1}{2}$ drachmæ. Potuit fortasse idem nomen, & Hebræis interdum, exiguam summam aliquam designare.

CAP. VII.

De Veteribus Græcorum & Exterorum Nummis. Primo, de Argenteis & Aereis.



Drachma Attica (quo fere pondere Pharmacopolæ hodie vtuntur) pro omnium Nummum Græcorum mensura nobis erit. Nummus Atheniensis fuit, signatus * imagine lucernæ inextinctæ, MINERVÆ apud Athenienses sacræ, cuius in STRA-

Δραχμή, &
Ἀργυρία Ἀ-
lexarcho apud
Athenæum. l. 3.

* Imaginem
vide in Anton.
Augustin. Dial.
1. de Antiquis
Num.

BONE

Strab. lib. 9.
Pausan. in Attic.
Plin. l. 21. c. 11.

* Cleop. in Cosm.
Ephran. lib. de
Ponderib.
Hieron. ad cap. 4.
Ezechiel.
Hesych. in Voc.
σατήρ.

a Pollux. l. 9.
Plutarch. in
Theseo.

b Agricol. l. 1.
de præf. Metal.
& Mones.
d Suid. in

Δραχμή.
Xenoph. in Ve-
lignat.
Cleopat. in Cos-
metic.
Plin. l. 21. c. 11.
& Galen. de
Compos.
Pharm. sec. Lecos
lib. 6. cap. 1.
e Pollux. l. 9.

BONE & PAUSANIA mentio, cum inscriptione, Δραχμή. Octava vnciæ pars est, eiusdem ponderis vt PLINIVS author est cum Denario Romano. Valuit de nostro.

Stater, quod & Tetradrachmum, in altera facie MINERVÆ caput, (qua causa σατήρ & κορη sæpe appellatus est) in altera Noctuum ostendebat: erat 4 drachmarum numinis, vt * CLEOPATRAS, EPIPHANIVS, HIERONYMVS, HESYCHIVS, & alij authores sunt. Quin & duobus didrachmis censi Staterem. Manifestum est ex 17. Matthæi, si quis versum 24. cum 27. conferat. Valuit nostri.

Didrachmum, quod & Bos Atheniensibus nuncupatus, quod a bovis imaginem habuit impressum. Nummus ille primo cusus a THESEO fuit, vt PLUTARCHVS meminit, siue in memoriam Tauri Marathonij quem occiderat, siue in laboris exemplum. Stateris dimidium fuit, duas continens drachmas; valuit nostri.

Tridrachmum, 3. drachmas complexum, de nostro valuit.

Obolus Atticus, quasi ὀβελός, id est, veru^b, quod obelisci imaginem præ se ferebat, PHOTIO Patriarcha authore. Pars sexta fuit drachmæ Atticæ, vt præter d SVIDAM, XENOPHON, CLEOPATRA, PLINIVS prodiderunt: Valuit de nostro.

* Semiobolus, minimus è nummis Argenteis Græcorum, Valuit nostri.

D 2

Diobolus,

7. d ob.

σατήρ seu τε-
τραδραχμῶν.

2. s 6 d

Βούς seu δι-
δραχμῶν.

1. s 3. d

τριδραχμῶν.
1. s 10. d ob.

ὀβολός.

1. d q^a.

ἡμισιοβόλιον.

ob. q^a.

* Pollux. loc. allegat.
Suid. in Διοβολ.
d. v. Pollux. l. 9. c. de Talenti.
e. Pollux. loc. allegat.
Suid. loc. alleg.
f. Pollux. ibid.

* *Diobolus*, altera parte IOVIS faciem ostendebat, altera Noctuam, Tertia pars drachmæ, Valuit è nostro.

e *Triobolus*, dimidium drachmæ fuit. Proinde valuit de nostro.

f *Tetrobolus*, altera parte IOVIS faciem ostendit, altera duas Noctuas, $\frac{2}{3}$ drachmæ continebat valebatq; nostri.

Dixi de argenteis Atticis, verum & nummorum aliarum partium Græciæ exigua aliqua memoria superest. Illi autem sunt.

Drachma Aeginæa, quæ continet 10. Obolos Atticos Authore POLLUCE, vnde & crassa ab Atheniensibus appellata est. Valebat nostri.

Obolus Aeginæus, pars sexta *Aeginææ* drachmæ, Valebat nostri.

Triobolus Aeginæus, drachmæ *Aeginææ* dimidium. Nostri valuit.

Stater Corinthius 10. obolos *Aeginæos* continet, & proxime valuit.

Stater Macedonius, vt quos Reges *Macedoniæ*, & successores ALEXANDRI etiam in Asia percusserunt, drachmas quatuor ponderat, cum 2. obolis, & 2. siliquis. Proinde valet proxime nostri.

De Argenteis Nummis Asiaticis.
Xenoph. lib. 1. Exped. Gri.

Siglus, Nummus argenteus SARDIANVS & PERSICVS, valet obolos Atticos 7. & $\frac{1}{2}$. vt XENOPHON auctor est, id est, nostri 9. d. q^a.

Διοβολον.

2. d. ob.

τριωβολον seu

ημισδραχμιον.

3. d. ob. q^a.

τετρωβολον.

5. d.

Drachma Aeginæa.

1. s. ob.

Obolus Aeginæus

2. d. c. & $\frac{1}{2}$.

Triobol^{us} Aeginæ^{us}

6. d. q^a.

Stater Corinthi^{us}.

1. s. 8. d. ob. q^a.

Stater Macedonius.

2. s. 9. d. q^a.

& $\frac{1}{2}$. q.

σιγλος, &

σιγλος.

Hesych. in σιγλον.

Fest. in voce, Euboicum Talentum.

Suid. in

δανάκη.

Pollux. l. 9. cui nummus Persicus existimatur esse.

* Lucian. in

Charonte.

Suid. loc. allegat.

Hesych. in

δανάκη.

f Cleopa in

Cosmeticis.

g Auzon lib. 5.

sum. 2. l. alt. 8.

q^a. q. at HESYCHIO obolos Atticos 8. vt 4. scrupula ponderet, & proinde valeat nostri.

CISTOPHORVS, Nummus etiam Asiaticus, ob imaginem gerentis cistam quam ostendebat, sic appellatus, *Victoriato Romano* maior parte $\frac{1}{3}$, cum quatuor mille Denarij efficiant 7500. CISTOPHOROS, vt POMPEIVS FESTVS prodidit: quod si cum respectu ad denarium recentiore qui drachmam ponderabat intelligendum sit, valuit nostri 4. d. At si pro Denario veteri & legitimo qui Consulium tempore cudebatur (vt magis videtur,) valuit proxime, sed exiguum plus,

DANACES, *Charontis* portorium, scilicet pro traiectu ad inferos, quem nummum ea causa Barbari in ora mortuorum imponebāt. * Datos enim fuisse mortuis obolos, LVCIANVS ARISTOPHANES, SVIDA, & alij auctores sunt. Vnde & nummus funebris dictus est CALLIMACHO, & PLVTARCHO. Itaq; si obolus fuit, vt à LVCIANO dicitur, (cui tamen æneus est) valuit nostri 1. d. q^a. quod si eiusdem ponderis fuit cum eo quod *Danich* f Græcis, & 8 Arabicis scriptoribus appellatur, 8. tantum genua, id est, $\frac{2}{3}$. oboli pendebat, & proinde valuit nostri.

Ereolum

10. d.

Κισσοφορος.

4. d. ob. c.

δανάκη.

δανάκη.

δανάκη.

ob. q^a. & $\frac{2}{3}$. q.

De Nummis
aureis Græ-
corum.

Suid. in Vocib.
ὀβολος καλ-
νοῦς τάλαντον.
* Dioscorid. lib.
de Pond & Mēs.
cap. 1.
Serv. ad 5. Ae-
neid.
Plutarch. in Ly-
sandro. lib. de
Pond. & Mēs.
Galeno ascriptus
a Pollux. loc.
allegato.
d Suid. loc. alleg.

Æ Reolum, sexta pars oboli Attici fuit, vt
SVIDA cum * alijs Author est, (licet
CLEOPATRAE & POLLUCI pars sit octa-
ua) vnciæ aris pondus habuit, vt ex ^a POL-
LVCE elicitur: duoq; argenti grana valuit.
Vnde duorum granorum pondus medicis
Chalcus nominatur. Cum itaq; sextam par-
tem oboli Attici valuit: Valuit nostri.

Minutum, septima pars *Æreoli* vt d SVI-
DAS & alij, proinde valuit proximè, sed per
exiguum plus.

q. c. & 1/2.
Λεπτόν.
1/2. c.

CAP. VIII.

De Nummis Aureis Græcorum &
Asiaticorum.

Proxime denummis aureis, quo-
rum in scriptoribus antiquis
memoria superest, dicendum
est. Illi autem Atheniensibus
erant,

Stater Atticus, qui duas drachmas ponde-
rabat, vt POLLUX author est, quod licet pro
proportione auri ad argentum quæ apud
Græcos legitima fuit, scilicet decupla, valeret
tantum 12. s. 6. d, tamen pro nostra, quæ duo-
decupla est. Valuit nostri.

Semistater, drachmam vnam pendebat, vn-
de & HESYCHIO dicitur δραχμὴ χρυσίη, No-
stri valebat.

Χρυσός,
&
Στάτηρ.
15. s.
ἡμιστάτηριον.
7. s. 6. d

Te-

Pollux. l. 4. Ono-
mast. cap. 24.
& Hesych. in
Vocab.
Χρυσός.

Pollux. lib. 9.

Idem. Ibid.

Tetrastaterium. Cuius *Arist.* meminit in
Republica Cyrenensium, vt POLLUX eum
allegat libro 9. Cui & *Stater* dicitur (sed pon-
deralis opinor, non monetalis ille fuit) & mi-
nam argenti valere. Vnciam auri habet, Va-
letq; nostri.

Stater aureus Macedonicus, vt quos PHI-
LIPPVS, ALEXANDER, LYSIMACHVS,
DEMETRIVS, & cæteri qui ALEXANDRO,
in Macedonia, Syria, Asia, successerunt, signa-
bant. Pendet drachmas Atticas 2. Obolos 2.
Siliquas 2. Valuitq; pro illorum proportione
quæ fuit decupla 15. s. 5. d. monetae nostræ. At
pro duodecupla proportione quæ nostra est.

τετραστάτηριον.

3. li
Stater Macedo-
nicus.

18. s. 4. d

Stater Daricus.

De Nummis
Aureis Asia-
ticis.
Suid. in Vocab.
Δαρεικός.
* In Concionant.
Xenoph. l. 1. Ex-
pedition. Cyri.

DARICVS, Nummus aureus Persicus (vt
& CRÆSII aurei) didrachmus fuit, vt
& SVIDA author est, qui eum stateri Attico
æqualem facit, & elicitur ex * ARISTOPHANIS
Interprete, atq; XENOPHONTE, apud quem
soluitur 3000. DARICIS, quod decem ar-
genti talentis promittebatur, seruata propor-
tione auri ad argentum decupla, quæ sane a-
nalogia apud Asiaticos, fere etiam apud Græ-
cos, solennis fuit. Imaginem SAGITTARIJ
impressum habuit, vnde ^a AGESILAVS fa-
cete dicebat, 10000. Sagittarijs se pulsum A-
sia, ob corruptos Persicis nummis Oratores
Græcos, qui persuaserant vt renocaretur.
Drachmas itaq; duas cum habuit, valeret no-
stro auri prætio.

a Apud Plu-
tarch. in Age-
silao.

15. s

Errat

Bude. lib. 5. de
Asse.

Xenoph. lib. 1.
Exped. Cyri.

De stipendijs
Militum,
Antiquis.

Polyb. lib. 6.

Liv. lib. 7.

Tacit. l. 1. Annal.

Xenoph. lib. 5.
Res. Græcar.

Thucyd. lib. 3.

Errat proinde **BVDÆVS**, qui stateres **DARICOS** (vt etiam Græcos) vnciales facit; vt prædicta satis declarant: Etiamq; , quod ex **XENOPHONTE** constat, **DARICVM** vnum fuisse militum **CYRI** solitum pro Mense stipendium, Postea vero stipendium auctum, **DARICVM** vnum cum semisse: quod, si tantus esset stater **DARICVS**, pro diebus singulis, fere 3.^s fuisset, supra omnem fidem & morem, vt bene cognita militum stipendia clarum faciunt. Nam apud Romanos **POLYBIVS** testatur tempore suo, hoc est initio tertij belli Punici, stipendium fuisse in diem 2. obolorum pro pedite, (quod etiam pro ratione Denarij veteris & legitimi minus est quam 3.^d nostri) 4. pro Centurione, (id minus quam 6.^d) pro Equite autem 6. (id est, denarium integrum,) Triplum enim fuisse stipendium Equitis ad Peditem, discimus etiam ex **LIVIO**. Porro, stipendium pro Pedite tempore **TIBERIJ**, Assium 10. fuit, vt **TACITVS** meminit, cum Denarius diu ante ad 16. assium præcium prouectus fuisset (proximè nostri 4.^d ob. q. c.) Apud Lacedæmonios & alios fere Græcos, Triobolum Æginæum pro pedite (6.^d q^a.) quadruplum pro Equite, vt est apud **XENOPHONTEM**. Athenienses autem, qui omnium liberalissimi sunt habiti, drachmam pro diurno stipendio præbuerunt (id est 7.^d ob.) vt author est **THUCYDIDES**. **DARICVS** autem pro Mense, quod erat ordinarium

Xenophon. lib. 1.
Exped. Cyri.

Strabo. lib. 14.

Demosthen. in O-
rat. ad P^hormion

dinarium pedestris militiæ apud *Perfas* stipendium, fuit pro ratione auri apud eos 5.^d in diem, pro eâ quæ est apud nos 6.^d, *Daricus* autem cum dimidio, quod auctum stipendium vt dixi fuit, erat 7.^d ob. pro decupla auri portione, 9.^d pro duodecupla.

Semidaricus, cuius mentio in **XENOPHONTE**, Stateris *Darici* dimidium, drachmam Atticam ponderabat, valebatq; nostri.

Cizycenus aureus (*Cizycus* Græca ciuitas fuit & Milesiorum Colonia, vt **STRABO** meminit, quia tamen in Asia, in Propontidis littore sita fuit, inter externos eius nummum recenseo) grauior fuit *Darico*, quod eius æstimatio 28. drachmas Atticas exæquauit, vt **DEMOSTHENES** prodidit, quod pro eorum ratione decupla auri ad argentum, valuit 17.^s 6.^d at pro nostra, duodecupla, valuit è nostro.

CAP. IX.

De Summis Nummorum Græcis.



E veteribus Græcorum & Asiaticorum nummis quorum superest in historijs memoria, dixi. De recentioribus autem, qui scilicet post **CONSTANTINI MAGNI** tempora in Græcia viguerunt; quoniam ab Imperatoribus Romanis fuerunt proculsi, post nummos Romanos dicam.

E

Nunc

ἡμιστάτηρος.

7. s. 6. d.

Stater Aureus
Cizycenus.

1. li 1. s.

Nunc de nummorum summis, quæ fuerunt Græcis, Mina & Talentum.

Mina Attica 100. drachmas continet, Nova scilicet à *SOLONE* instituta, ut *PLUTARCHVS* author est. Vetus enim ante *SOLONEM* 75. tantum drachmas habuit, ut *PRISCIANVS* & *PANNIVS* meminerunt. Continere autem Minam 100. drachmas, præter *PLUTARCHVM*, etiam *XENOPHON*, *CLEOPATRAS*, *PLINIVS*, & *SVIDAS*, ex *DIODORO*, cum alijs pronunciarunt. Itaq; valet Mina Centenaria argenti, de nostro.

Talentum autem ut ex *POLLUCE* & *VARRONE* constat, multiplex fuit. Omne tamen ut *SVIDAS* & *POLLVX* inquiunt, continet Minas 60. ut Mina drachmas 100. Proinde 6000. drachmas continebat Talentum omne, proprias scilicet eius regionis cuius talentum esse dicebatur. Verum si certa mensura adhibenda sit, ut inæqualitas talentorum intelligi possit, cum respectu ad drachmas Atticas ita se habent.

Talentum Atticum est drachmarum Atticarum 6000. ut *POLLVX* & *FESTVS* & alij authores sunt, & elicitur ex *GELLIO*, qui *Sestertiorum* 72000. talenta 3. esse dicit. Nam tot sestertij 18000. denarios seu drachmas conficiunt. Minus hoc Atticum Talentum dicitur à *PRISCIANO* & alijs: Intellige tamen, hoc ipsum nomine Talenti Attici sæpissime designari, Imo semper in Autho-

μνα.

3.li. 2 s 6.d

τάλαρον.

Talentum Atticum Minus.

Idem q̄ Communis.

Platarch. in vita Solonis.
Priscian. lib. de Ponder.
Fav. Carm. de Ponder.
Xenoph. in Vectigal.
Cleop. in Cosmet.
Plin. l. 21. c. ult.
Suid. in τάλαντος & μνα
Var. l. 4. Ling. Lat.
Suid. loc. allegat.
Pollux. lib. 9. cap. de Talent.

Pollux. l. 9. cap. allat.
Festus in Talent.
Gell. l. 3. c. 17.

Priscian. lib. de Ponderib.

ribus (præter sacros) ubi nomen, Talenti occurrit, hoc ipsum intelligendum esse, si nomen Talenti absolute positum sit, neq; distinctionis causa aliquid adijciatur. Valuit de nostro.

Talentum vero Atticum maius 8000. drachmarum fuit, ut *LIVIVS* & *PRISCIANVS* authores. Id valuit de nostro.

Talentum Egyptianum valuit tantundem, ut *PLINIVS* ex *VARRONE* instituit, id est.

Talentum Syrium drachmas continet Atticas 1500. Valuitq; de nostro.

Talentum Euboicum, 4000. denariorum (id est, drachmarum) fuit ut *POMPEIVS FESTVS* author est. Id valuit nostri.

Talentum Rhodium 4500. drachmas Atticas continet, Valuit de nostro.

Talentum Babylonicum est 7000. drachmarum Atticarum. Illud proinde valuit de nostro.

Talentum Aeginum, est 10000. drachmarum Atticarum: Valuitq; de nostro.

Talentum Alexandrinum 12000. drachmarum Atticarum fuit, quantum & Hebræum Talentum extitit. Id valuit de nostro.

Hæc de maioribus talentis: Nam etiam obseruo minora quædam talenta fuisse in vsu, quæ tamen videntur talenta non nisi exorbitante nominis notione appellata: ut.

187.li. 10.s

Atticum Maius.

250.li.

Egyptium.

250.li.

Syrium.

46.li. 17.s 6.d

Euboicum.

125.li.

Rhodium:

140.li. 12.s 6.d

Babylonicum.

218.li. 15.s

Aeginum.

312.li. 10.s

Alexandrinum.

375.li.

Liv. lib. 38.
Priscian. loc. alleg.

Plin. lib. 33. c. 3.

Pollux. lib. 9.

Fest. in Vocabul. Euboicum Talentum.

Varro. lib. 4. de Ling. Lat.

Pollux. l. 9. Onomastic. c. de Talent.

Pollux. ibid.

Varro. lib. 4. de Ling. Latin.

Pollux. loc. allegat.
Suid. in Vocab. τάλαντον.

Talentum Siculum vetus, quod 24. nummorum esse POLLUX dixit (tot Minarum SVIDAS sed corrupte) nummus autem Polluci semibolos 3. valet, id est, sestertium vnum Romanum. Proinde ponderabat drachmas 6. tantum. Valuitq; de nostro.

Siculum vetus.

3.5 9.d

Varro. loc. allegat.

Talentum Neapolitanum, tantundem etiam valuit apud VARRONEM, scilicet.

Neapolitanum.

3.5 9.d

Pollux. loc. allegat.

Talentum Siculum nouum 12. nummorum Polluci, id est, 3. drachmarum, quantum & Syracusanum Talentum fuisse VARRO dixit. Valuit de nostro.

Siculum Nouum
&
Syracusanum.

1.5 10 d ob.

Varro. loc. allegat.

Talentum Reginum, vnius Victoriati fuit, id est, drachmæ tantum dimidiæ. Itaq; valuit de nostro.

Reginum.

3.d ob. q^a.

Varro. Ibidem.

CAP. X.

De præcipuis quibusdam Græcis Nummorum Numeris.

Ributum annuum Atheniensium à socijs acceptum, vt PERICLES inquit apud THUCYDIDEM, fuit talentorum 600. XENOPHON autem eorum Reditus non minores esse scribit, quam 1000. talenta: Atheniensium 1200. facit. SVIDA demum ex omnibus vndiquaq; collectis, eorum Reditus 2000 talenta fuisse statuit. Id vero de nostro est.

375000.li.

Sumptus

Thucyd. lib. 2.

Xenoph. l. 7. Exped. Cyri.
Ath. encl. lib. 12. Deipn.

Plutarch. in Alexan. Arrian. l. 6. Exped. Alexandri.

Sumptus funeris HEPHESTIONIS ab ALEXANDRO factus, talenta 10000. De nostro fuit.

1875000.li.

Plut. in Pomp.

Reditus Romani creuerunt post victum Mithridatem, ad 8500. myriades, (authore PLVTARCHO) scilicet drachmarum, vt * viri docti obseruant, quod Græci scriptores nunquam per sestertios (vt Romani) sed per drachmos numeros colligant. Id in nostris pæcunijs valuit.

2656250.li.

* Bude lib. 3. de Ase. & Leon. Porius. l. 2. de ponder. & mens.

Plut. Ibid.

Qui ante fuerant tantum 5000. myriades, eodem authore; Quod fuit de nostris.

1562500.li.

Herodot. in Thalia.

Reditus DARIJ HISTASPIS filij erat Euboicorum talentorum 14560. vt habet HERODOTVS. Id valuit.

1820000.li.

Strab. lib. 17.

Reditus Ægypti regnante PTOLEMAEO ALETE, erat talentorum 12500. STRABONE referente, qui tamen dicitur dissolute rem curasse. Id fuit in nummis nostris.

2343750.li.

Curtius. l. 5. & Arrian. lib. 6. Exped. Alexand. Curtius lib. 5.

In ærario DARIJ Susis, reperta ab ALEXANDRO talentorum 50000. Id fuit de nostro.

9351250.li.

In eiusdem DARIJ ærarijs Persæpoli, obtinuit ALEXANDER. 120000. talenta. Id de nostro fuit.

2250000.li.

Strab. lib. 15.

Thesauri DARIJ quos in vniuersum ALEXANDER occupauit, fuerunt, inquit STRABO, 180000. talenta. Quod valuit de nostro.

32750000.li.

Iustin. lib. 33.

In ALEXANDRI ærario post obitum eius, reperta sunt talenta 100000. Quod fuit de nostro.

18750000.li.

Iustin. Ibid.

ALEXANDRI Magni Reditus annuus, E 3 300000.

Justin. ibid.
Bude. lib. 4. de
Affe.

300000. talentorum fuit (inquit IUSTINVS) restitui debet, 30000. vt BUDAËVS corrigat, nam & cum ratione non conuenit, tot habuisse in Reditu annuo talenta, cum 100000. tantum reliquit in thesauris, & vel sic, veteris regni Perfici reditus multum excedebat. Talenta autem 30000. In nostris nummis efficiunt.

5625000. li.

Herodot. lib. 7.

Bythij Bithynij opes fuerunt 2000. talenta argenti (de nostro 375000. li.) In auro 4000000 Darici (de nostro 3000000. li.) Eius opes in vniuersum valuerunt de nostro.

3375000. li.

Quod si Babylonica talenta intelligenda sint, quæ in vsu in imperio Persarum, pars septima argento adijcienda est.

Plin. lib. 33. c. 3.

CYRVS deuicta Asia, reportauit argenti 500000. talenta Ægyptia, seu maiora Attica. Quod de nostro facit.

125000000. li.

Plin. ibid.

Præterea 34000. Pondo, id est libras auri. Quod de nostro valuit.

1224000. li.

Ctesias.

SARDANAPALVS congeffit vt secum flammis traderet, auri talenta 10000000. In Atticis talentis, id de nostris valet.

li.

22500000000.

Argenti autem decies tot talenta, quod valuit de nostro.

li.

18500000000.

At vel in Syris talentis aurum faceret nostri.

li.

5625000000.

Argentum autem produceret.

li.

4687500000.

CAA.

CAP. XI.

De Veteribus Romanorum Nummis. Primo, De inijs Nummorum apud Romanos.

Ex Plin. lib. 33.
cap. 3.



Es, antiquissimus Romanorum nummus, primo signabatur à SERVIO TULLIO, sexto Romanorum rege, vt PLINIUS author est. Nam ante, pondere tantum noscebatur, non imagine. Et quidem primo, nota Pecudum signatum æs fuit, authore eodem PLINIO. (Inde Pecunia dicta). Postea, ex altera parte Rostrum Naui, ex altera, Ianus geminus eius insigne fuit, in Iani memoriam impressum. Quæ causa erroris fuisse videtur MACROBIO, & Athenæo, qui id Iano ipsi tribuerunt. Ex inquam notæ fuerunt in Assibus. Nam etiam in Triente, Quadrante, Sextante, Ratis insigne fuisse, præter PLINIUM, FESTVS etiam author est.

Loco allegato &
lib. 18. cap. 3. &
Varro lib. 2. de
Re Rustica. ca. 1.

Macrob. l. 1. Sa-
turnal. cap. 7.
Athenæ. lib. 15.
Deipnosophist.

Fest. in vocab.
Ratitum.

Plin. lib. 33.
cap. 3.

Argentum autem post deuictum Pyrrhum signari cœpit, An. urb. 484. (nam sic corrigi debet) scilicet Q. FAB. PICTORE COS. annis 5. ante primum bellum Punicum, inquit eodem loco PLINIUS.

Idem de Num-
morum imagini-
bus, obseruatur
in nummis Golt-
ij, Vrsini, An-
ton. Augustini
& aliorum.

Eius notæ in Denarijs, sunt bigæ aut quadrigæ vt plurimum ex vna parte, interdum Castores, ex alia vero Romæ caput galeatum. Victoriati, imago sedentis Victoria: Sestertij,

vt plurimum *Castores*, ex vna parte, vtriusque autem ex altera parte Romæ caput. Ad Imperatores vsq; ita fere permanfit. Nam * AVGVSTVS CAPRICORNVM nummis suis impreflit, Imperatores autem reliqui frequentiffime imagines fuas.

Sueton. in Augufto.

Plin. loc. allegato

Aurum deniq; fignatum Romæ primum fuit, anno 62. (nam fic reponi debet) pofit percuffum argentum, inquit PLINIVS: Nam eo anno, CLAVD. NERONE, & M. LIVIO SALINATORIB, COSS. * LIVIVS fignati auri meminit. Nec aliam imaginem inuenitur fubmiffe aurum quam argentum, id eft bigas & quadrigas cum Romæ Capite, quæ fane videtur fuiffe caufa, quod aurei etiam nummi Romanis interdum denarij dicerentur.

* Liu. lib. 26.

CAP. XII.

De Aereis Romanorum Nummis.

AS, quali æs dicitur, inquit VARRO, nam æreus nummus fuit. Et quidem ab initio, æris * libra. At poftca, bello Punico primo, Populus ære alieno preffus, ferit ex ijs sextantarios, inquit PLINIVS, id eft fex ex vno, valore tamen eodem feruato. Deinde bello Punico fecundo premente ANNIBALE, fub Q. FAB. MAXIMO Dictatore vnciales fuit facti, id eft ad dimidiam magnitudinem reducti.

Varro. L. 4. de Ling. Latina.

* Dion. Halicarnaf. lib. 9.

Vide Plin. l. 33. cap. 3.

As.

ducti. Poftremo, lege Papyria, femunciales, fic perftiterunt. *As* autem decimam partem Denarij Romani valuit. De Noftro nummo.

Varro. loc. allegat.

Semifsis, quali femiæz (inquit VARRO) id eft Affis dimidium, valuit de noftro.

Varro. ibid.

Triens, id eft tertia pars Affis, valuit è noftro.

Varro. ibid.

Plin. lib. 33. c. 2.

Cic. l. 7. epift. ad Attic.

Varro. ibid.

Liu. lib. 2.

Plin. li. 23. c. 10.

Valer. Max. l. 4. cap. 4.

Quadrans, id eft quarta pars Affis, *Triuncis* PLINIO, *Teruntius* CICERO, quod ante æs diminutũ, vncias tres cõtineret, valuit de noftro.

Sextans, fexta pars *Affis*, *Quantula* fuit in fmgula capita collatio, in funere Menenij Agrippæ, Romanæ falutis quandam arbitri, ob viri paupertatem. Id valuit de noftro.

Verum etiam vrgente apud Romanos ære graue, id eft libræ affe, Minores de ære nummi cufi fuit. Vt.

Varro. ibid.

Vncia, pars duodecima Affis grauis, id eft libræ æris; valuit de noftro.

Varro. ibid.

Semuncia, dimidia pars *Vnciæ*. 4. drachmarum pondere, valuit è noftro.

Varro. ibid.

Sextula, fexta pars *Vnciæ*, minimus apud Romanos ex ære nummus. Valuit noftri.

Vnde Varro. loc. allegat.

Hij nummi ærei fuerunt *Affe* minores qui antiquitus in Romanorum cõmercijs. Verũ & maiores *Affe* ijs fuiffe legimus, cũ in *Varrone* fit, *Decuffis*, 10, *Affes* (1) Denariũ valuit, *Viceffis*, qui Denarios 2. *Triceffis*, qui 3. Et quidem afcendebant vsq; ad *Centuffim*, quo æreorum nummorum vocabulum maius non fuit, auctore VARRONE, ille autem 100. *Affes* cõtinnens, denarios 10. argenteos valebat. Id eft noftri. 6^s. 3d.

F

CAP.

ob. q^a.

Semifsis.

q^a. q.

Triens.

q^a.

Quadrans.

q. c.

Sextans.

q.

Vncia.

c.

Semuncia.

$\frac{1}{2}$. c.

Sextula.

$\frac{1}{6}$. c.

CAP. XIII.

De Argenteis Romanorum Nummis.



E nummis argenteis postea dicemus. Qui erant.

Denarius, sic dictus quod *denos æris seu Asses valeret, Cuius non idem pondus & æstimatio semper apud Romanos fuit. Nam *Denarius* vetus Romanus, Consulum tempore proculus, septimam partem vnciæ ponderabat, vt *Celsus* & *Scribonius Largus* cum alijs, authores sunt; Etiamq; *Plinius* qui 84. *Denarios*, ex vna argenti libra cufos fuisse prodidit. Valuit proinde vetus ille *Denarius*, de nostro.

Denari⁹ novus (à *Clavdij* Imperatoris temporibus vt creditur natus, suspicor tamen aliquanto antiquiorem esse) drachmam Atticam exquisite pōderabat, (nam 96 *Denarij* ex argenti libra cudebantur) vt non solū **Plinius*, *Cleopatras*, *Isidorus*, & infiniti * alij testantur: verum & certa præterea ratio comprobatur. Etenim Græci scriptores vbi de rebus Romanis loquuntur, semper pro *denarijs* drachmas reddunt. Valuit de nostro.

Respectu autem huius *Denarij* noui, omnes nostræ computationes factæ sunt. Quod si in adhibenda ratione nummorum ad antiqua tempora respectus habeatur, in quibus scilicet vetus & legitimus *denarius* viguit, omnia par-

* *Var. l. 4. ling. Latin.*
Vitruv. l. 3. c. 1.

Cels. lib. 5. c. 17.
Scribon. Larg. in præfat.
Plin. l. 33. cap. 9.

* *Plin. l. 21. c. 34*
Cleopat. in Cosmet. Isidor. l. 16.
Etymol. cap. 24.
* *Athenæ lib. 4.*
Galen. l. 8. Composit. Med. sec. loc. c. 3. Et sepe in lib. de Comp. med. secund. genera.
Observa.

Denarius vetus.

8. d. ob. c.
cmm 7, c.

Denarius novus.

7. d. ob.

te septima augenda sunt. Tantum enim *Denarius* novus à veteri superatur.

Bigatus, & *Quadrigatus*, idem est Romanis quod *Denarius*. Quoniam enim *Denarius* bigas aut quadrigas ex altera parte impressas habuit, ijs nominibus fuit appellatus.

Plin. lib. 33. c. 3.

Lin. lib. 41.
Volus. Metian. lib. de Ponder.
Plin. lib. 33. c. 3.

Priscian. lib. de Ponderib.
Plin. loc. allegat.
Var. lib. 4. ling. Lat.
Metian. lib. de Ponder.
Vitruv. lib. 3. Architect. cap. 1.

Cels. lib. 5. cap. 17

Varro lib. 4. ling. Lat.
Met. loc. alleg.

Varro ibidem.

Victoriatas, imaginem sedentis *Victoriæ* ostendebat, (vnde ei nomen fuit) *Lege* *Clodij* Romæ primo percussus, vt inquit *Plinius*. Dimidia pars *Denarij* fuit: vnde & *Quinarius* idem dictus, quod quinq; *Asses* valuerit. De nostro autem valuit.

Sestertius, sic dictus quasi sesquitertius, inquit *Priscianus*, quia continet *Asses* duos cum semisse: vt, *Plinius*, *Varro*, *Metianus*, *Vitruvius*, & alij authores sunt. Dimidium est *Victoriatas*, quartaq; pars *denarij*. Idem fere, *Nūmus*, absolute positus, significat apud Romanos scriptores, quia frequentissimus eius in rationibus vsus fuit. Etiam interdū *Sestertius* nummus vocatur. De nostro valuit.

Obolus, sexta pars *Denarij*, (*Obolo Attico* æquales) quem ea causa *Sextantem* *Celsus* vocat. Valuit de nostro.

Libella, decima pars *Denarij*, *Assi* æqualis prætio, Ideoq; inquit *Varro* *libella* dicta, quod valore equaret æris libram; quasi pusilla libra, ait *Metianus*. Valuit de nostro.

Sembella, quasi semi-libella, vigesima pars *Denarij*, *Libelle* scilicet Dimidium. Proinde ea valuit de nostro.

Bigatus,
Quadrigatus.

7. d. ob.

Victoriatas,
Quinarius.

3. d. ob. q^a.
Sestertius.

Nummus.

1. d. ob. q^a. q.

Obolus.

1. d. q^a.

Libella.

ob. q^a.

Sembella.

q^a. q.

Varro, *Ibid.*

Teruntius, quadragesima pars Denarij fuit: Ita appellatus, quod tres æris uncias valeret præcio. Minimus nummus argenteus fuit in Romanorum vsu, vel qui vsquam legitur in historijs. Nam & hos postremos argenteos fuisse, Varro certus nobis author est, libro iam sæpe allegato. Valuit autē TERVNTIVS nostri.

Teruntius.

q. c.

CAP. XIII.

De Aureis Romanorum Nummis.

Plin. l. 33. c. 3.
Didymus apud
Priscian. lib. de
Ponderib.



Vrei Romanorum nummi proxime declarandi, quos Aureos Denarios PLINIUS cum Alijs appellat, siue quod easdem imagines quas argentei denarij ostēdebant, siue quod magnitudine ad oculum non multum ab ijs discreparent. Quorum tres varietates apud Romanos factas * Idem meminit. Verum tam corruptus ille PLINIJ locus est, vt nihil inde certi vel diuinando elici possit. Veruntamen ex aureis nummis qui supersunt, aduerto priscum Aureum Romanorum. Consulum temporibus prociusum * duos veteres Denarios argenteos ponderasse, vt ex ijs qui supersunt exploratum est: Ita vt 42. ex auri libra cuderentur. Duas proinde drachmas cum $\frac{2}{3}$ pendebat. Valuit proxime de nostro.

Aureus Priscus
seu
Consularis.

17. s. 1. d. ob. q^a

Aureus
Imperatorius.

Aureus Recentior, circa prima Imperatorū tempo-

* Plin. loc. allegat.

* Vid. Anton.
Pois. lib. de
Num. Antiq. c. 9.

Bude. de Ase. l. 3
Hotoman. de Re
Nummaria. pag.
324.
* Spurre Rials

tempora (vt videtur) procius, parte septima aureo prisco leuior fuit: Drachmas enim duas pendebat, vt 48. ex Auri Libra cuderentur, quod in multis, post BVDÆVM HOTOMANNVM & alios, expertus sum. Rosalis Anglicis pares pondere vel * Nobilibus Eduardicis, quib^{us} etiam fere paris indicaturæ sunt. Valuit ergo hic Recentior aureus de nummis nostris.

Aureus
Imperatorius.

15. s.

Aurei ergo Romani didrachmi fuerunt, talesq; perfecte perstiterunt, per primorum quinque Imperatorum tempora, vsq; ad NERONEM. Inde fraude & avaritia principum, paulo iusto leuiores facti sunt pondere. Nihil tamen de valore & potestate decessit. Prima vt dixi diminutio facta est sub NERONE, sed perexigua, 2. aut 3. granorum. Paulo adhuc maior sub GALBA. NERVÆ autem, TROIANI, HADRIANI aureis 8. momenta siue grana ponderis desunt: Ijs autem quos VESPASIANVS cudit, 10. detracta sunt: Quam diminutionem etiam Aurei ANTONINI Pij, M. AVRELIJ, SEVERI, &c. subierunt. Inter hos tamen DOMITIANVS, TITIJ frater & successor, aureis integrum suum 2. drachmarum pondus restituebat.

Aurei ergo Imperatorij apud Romanos, aut didrachmi fuerunt, aut pro didrachmis permanserunt, vsq; ad ALEXANDRI SEVERI imperium. Nam eo Imperante auctore LAMPRIDIO, primo cusi sunt.

Lamprid. in
Alexand. Sever.

Semisiss aurei. Id est, aureus drachmalis:

Semisiss.

F 3

qui

qui scilicet pendebat drachmam. Et valuit proinde de nostro.

Tremisis Aurei, id est, *Triens* seu tertia pars. Isq; valuit de nostro.

Atq; hæc fuit aureorum nummorum conditio ad *AVRELIANI* tempora, qui denuo addidrachmas redijt: Neq; alia fuit eorum constitutio, dum Roma Imperij Romani sedes permanfit.

CAP. XV.

De Aureis Nummis post Imperij sedem Byzantium translatum.



T CONSTANTINVS *Magnus* aureum qui ante didrachmus fuerat, ad drachmam vnam, & septimam drachmæ partem deduxit: vt denarij argentei veteris Romani exquisite pondus obtineret. Etenim *7. ex auri vncia cudi statuebat (ex libra, id fuit 84.) Quem tamen 4. Scrupulorum (nova Scrupuli notatione, quod 20 grana cum $\frac{1}{2}$. contineret) factum iri edicit. Isq; post tempora CONSTANTINI Græcis *Nôuqua* (Romanis, Solidus) semper dictus est tum in *No-uellis* IUSTINIANI, tum aliorum Orientalium Constitutionibus, tum denique apud THEOPHILVM, HARMENOPVLVM, NICEPHORVM, CEDRENVN, ZONARAM, &c.

Valuit

7.s 6.d

Tremisis.
5.s

Aureus
Constantini.

* In l. i. c. Tb. de Ponderatorib.

Valuit autem is Aureus de nostro.

Ad VALENTINIANI Imperium vsque tales viguerunt aurei. Is enim ad paulo grauiores redijt. Iuffit enim vt *6. ex auri vncia cuderentur, vnde & Græcis *ἑξάγιοι* dicebatur, & SEXTVLA ISIDORO, quod esset sexta pars vnciæ. Proinde scrupula vere 4. id est, drachmam & $\frac{1}{2}$. ponderabat, æqualis plane nostris Genialis *Anglicis*. Ita vt 72. ex auri libra cuderentur. Quales etiam fuisse aureos solidos ætate IUSTINIANI * certum est. Et sane videntur ad extrema Imperij tempora tales perstitisse. Nisi quod aliquid fraude & avaritia præter leges & edicta detractum sit à principibus. Nam ego plures eorum Imperatorum aureos diligenter expendi, VALENTINIANI, & fratris sui VALENTIS, ARCADIJ, HONORIJ, & aliorum, omnesq; haud paucis granis pondere iusto leuiores reperij. Legitimum tamen pondus erat 4. scrupulorum vt dixi, & proinde de nostro valebat.

Semis aurei VALENTINIANI, etiam cudebatur, qui valuit de nostro.

Triens etiam vel *Tremisis* (vt vocabatur) id est, aurei solidi pars tertia. Isq; valuit nostri.

Scrupulum deniq; pars aurei Solidi quarta: Quod de nostro valuit.

8.s 6.d ob.
9^a. & 7^a. q.
Aureus
Valentiniani
seu
Sextula.

10.s

Semis
5.s

Tremisis
3.s 4.d.

Scrupulum.
2.s 6.d.

CAP.

CAP. XVI.

De Argenteis & æreis Nummis Imperij Byzantium translati.

Ex Nouell. l. 105
cap. 2. §. 1.

* Cedren. ubi de
Leon. Conone
sermonem facit.
Suid. in Με-
ταρρίσιον

Isidor. in Ety.
mol. l. 16. c. 24.

Isidor. ubi supra.

* In Nouell. 32
Histor. Ecclesiast.
lib. 10. cap. 6.
Lamprid. in He-
liogab. Eusab. lib.
ad 1. liad.



Mliaristum 2. pendebat drachmas, partem enim octauam Aurei Solidi valebat, cum 2. Ceratij (magnis scilicet auctiue) * CEDRENO authore constet. SVIDAS tamen decimam esse dixit (variavit scilicet cum tempore auri pretium:) sed 2. drachmas cum haberet, valuit de nostro.

CERATES ISIDORO, Siliqua cornuta est, ob Lunæ ut creditur crescentis notam qua signabatur: quo signo supra ceratium commune seu siliquam exrescere intelligebatur. Argenteus nummus fuit drachmæ pondere, sed Ceratium dictus, quod Ceratio auri, crescenti nempe vel magno, (quod siliquam cum dimidia complectebatur, id est, semiobolum) pretio æquaretur. De nostro proinde valuit.

Siliqua vel Ceratium simplex. Argenteus nummus, sed ita appellatus quod pretio 4. granorum auri (id pondus est siliquæ) æqualis esset. Vigesima quarta pars Solidi auri, ut est in Nouellis, * IUSTINIANI. Valuit nostri.

Follis, cuius in historia EVSEBIJ, & alibi sæpe mentio: æreus nummus fuit, ut LAMPRIDIVS, ferreus, ut EVSTATHIUS dixit: sic dictus, quod folij instar in tenuem bracteam percussus esset.

Duo-

Μιλιάρησιον.
Μιλιάρησιον.

1. s. 3. d

Κεράτιον.
Magnum.
Semiobolus.

7. d. ob.

Κεράτιον
Simplex.
Siliqua.

5. d

φολλίς,
φολλίς,
φολλίς,
φολλίς.

Duodecima pars Siliquæ fuit, ut IUSTINIANVS in Leg. Georg: Idem dicit ZONARAS Tomo 3. & CEDRENVS ubi de LEONE Conone loquitur, Valuit proinde de nostro.

9^a. 9. & 7.

Ex Nummis &
Inscriptionibus
antiquis, &
Prisciano lib. de
Ponderib.

Nummis Romanis omnibus declaratis, quorum nomina ex veterum scriptis elicere potui: figurales præcipuorum notas subijcio, quibus indicabantur & in nummis, & in scriptis. Itaq, nota Assis quoniam ab initio Libralis fuit, erat χ . Sestertij, quod duas libras æris & dimidiam potestate contineret, erat HS , vel HS . Quinarij seu Victoriati, erat V. Denarij denique, x. vel \ast .

CAP. XVII.

De Summis Nummorum Romanis.



DE Nummis dixi, de Summis Nummorum proxime dicam, qui fuerunt in Romanorum vsu. Illæ autem tres.

Sestertium, genere neutro. (Nam in hoc nomine vulgarem opinionem & nos sequamur) 1000. Sestertios continet, (Quantum lege IULIA Sumptuaria, nuptialibus convivijs impendere licebat AVGVSTI tempore, ut GELLIVS meminit). Id valuit nostri.

Sestertium.

Gell. l. 2. c. 24.

Libra seu Pondo, uncias continebat argenti duodecim, id est, drachmas seu denarios

7. li. 16. s. 3. d

Libra. Pondo.

G

recen-

recentiores 96. Parte sui vigesima quarta minor quam Mina Attica. De nostro valuit.

Talentum, 24. sesteria continet. 6000. Denarios recentiores, Idem plane cum Talento Attico: Nomina enim Talenti, Minæ, drachmæ, Romani acceperunt à Græcis, vt Græci à Romanis libram & vnciam, (quæ illis λίτρα & οὐγγία) GALENO id agnoscente. Id proinde valuit de nostro.

Sportula, Nam & eam adiicio, quod sæpe occurrat, & summula quædam fuit, 100. enim quadrantes, id est, sestertios 10. continebat. Merces erat olim salutationum ambitiosarum apud Romanos togatis, Rectæ coenæ loco comitibus & asseclis à viris principibus data; vt BVDÆVS, & alij notarunt. Mentio eius in SVETONIO, Poetis, & antiquis inscriptionibus sæpe. Fuit autem *Sportula* nostri.

3.li.

Talentum.

187.li. 10.s

Sportula.

1.s 6.d ob. qa.

Galen. lib. 1. de Compos. Medicam. sec. genera.

Bude. lib. 5. de Aste. Sueton. in Nerone. Domitiano. &c.

CAP. XVIII.

De Sestertio. Et arte Romana, Numerandi per sestertios.

Sestertium, in neutro genere, quod nunc invaluit, obseruo nūquam in numero singulari apud veteres Romanos occurrisse. Nam & PRISCIANVS Lib. 7. negat *Sestertius* neutrum habere genus; Et perpetuum

Vide Agricola. l. 2. de Ponder & Temperatur. Monet. & Roman. l. de Re Nummaria. Traj. de Sestertio.

tuum eius nominis silentium in VARRONE, PLINIO, VOLVSIQ, PRISCIANO, idem comprobat, licet ijs persæpe fuisset occasio vsurpandi, si nummorum summam designasset: Et deniq; ratio quam de Nomine afferunt, scilicet *Sestertium* appellari, quod duas argenti libras cum semisse contineat, cum re ipsa non convenit, id est, cum mille sestertijs. Nam hij efficiunt 7.li. 16.s. 3.d. at illæ tantum 7.li. 10.s. Tamen plurale nomen *Sestertia* sæpe legitur, & quidem eo sensu vt 1000. sestertios significet.

Ars autem Romana numerandi per sestertios, in tribus his regulis consistit:

Prima, Si nomen numerale convenit casu, numero, & genere cum *Sestertio*, tot præcise indicat, quot efferuntur, vt (exempli gratia) *Decem Sestertij* totidem designat.

Secunda: Si nomen numerale alterius casus, iungatur cum genitivo plurali nominis *Sestertius*, vt *Sestertium*, tot quidem millia indicantur, vt ex. gr. *Decem Sestertium*, denotat decem millia sestertiorum.

Tertia: Quod si Adverbium numerale, iungitur cum sestertijs, designat totidem Centena millia: vt *Decies sestertium* valet decies centena millia sestertiorum. Quin & adverbium numerale ipsum, sine aliquo adiecto positum idem indicat, vt *Decies*, aut *Vigesies*, &c. tot centena sestertiorum millia, vel vt loquuntur, tot centena *Sestertia*.

G 2

CAP.

CAP. XIX.

Summa quaedam Romanorum Nummum,
& earum in nostris De-
claratio.

Liv. lib. 6.



Amilli multa 500000. æris, id
est, Assium. Ingens pro illa
tempestate apud Romanos
Summa. De nostro valuit.

1562. li. 10. s.

Macrob. Saturn.
l. 3. c. 14.

Mille Denarij diurna mer-
ces *Histrionis Roscij*. Quod de nostro fuit.

31. li. 5. s.

Gell. l. 1. c. 8.

Decem millia Denariorum, *Thaidis* mer-
tricis postulatam à *DEMOSTHENE*, vt *GELLIVS*
meminit. Idemq; prætium à *PLATONE* da-
tum pro tribus *PHILOLAI* *PYTHAGORICI* li-
bris, * Alibi apud *GELLIVM*. De nostro.

312. li. 10. s.

Appian. l. 4.
Civil.

Remuneratio *Centurionis* ab *ANTONIO*, eius,
qui caput *CICERONIS* ei attulit, 250000. De-
narij fuit. De nostro.

7812. li. 10. s.

Plin. l. 33. c. 2.

Quadringenta sestertia, id est, quadringen-
ta millia sestertiorum, Censu equestris fuit a-
pud Romanos. Valuitq; de nostro.

3125. li.

Sueton. in Au-
gust.

Octingenta sestertia, (prioris duplum) sena-
torius Censu ante *AVGVSTVM* fuit. Quod
valuit.

6250. li.

Sueton. Ibid.

AVGVSTVS autem Senatorium Censum
ad 1200. sestertia perduxit. Quod nostri est.

9375. li.

Cicero. in Para-
doxis.

CICERO centena *HS*, id est, sestertiorum
tot millia redituum percipiebat è suis præ-
dijs. Id fuit, tantum, nostri.

781. li. 5. s.

Decies

Bude. de Assu.
lib. 2. ex Inue-
nale.

Decies centena millia sestertium. Maximus
apud Romanos dotis modus, vt *BVDAEVS* do-
cet. De nostro fuit.

7812. li. 10. s.

Sueton. in Iulio
Cæsare.

IVLIVS CAESAR SERVILIAE (matri *BRVTI*)
dedit margaritam, quam sexages mercatus
est. Nostri fuit.

46875. li.

Plin. l. 9. cap. 35.
* Seneca lib. de
Consolat. ad
Helviam.

VNIO CLEOPATRAE propinata *ANTONIO*
centies sestertium fuit. * Quanti etiam *C. CA-*
LIGVLA cænauit. Valuit id de nostro.

78. 25. li.

Macrob. Satur-
nal. lib. 3. cap. 14

ÆSOPVS TRAGICVS ex arte histrionica filio
suo reliquit ducenties sestertium. fuit id de
nostro.

156250. li.

* Plin. l. 9. c. 35.
* Sueton. in Iu-
lio. & Eutrop.
lib. 6.
* Actian. 2. 3. 5.
in Verrem.

* *ORNATUS LOLLIAE PAVLINÆ* quadringen-
ties sestertium fuit. * Quantum etiam legi-
mus fuisse tributum *Galliae* à *Cæsare* imposi-
tum. * Quantum deniq; ex *Sicilia* contra leges
abstulisse *VERRES* accusatur à *CICERONE*. Qua-
dringenties sestertium autem. De nostris num-
mis est.

312500. li.

Plin. l. 35. c. 15.

P. CLODIVS habitauit in domo empta cen-
ties quadregies septies, vt meminit *PLINIVS*.
De nostro id fuit.

114843. li. 15. s.

Valer. Max.
lib. 9. cap. 1.

CVRIO filius contraxit æris alieni sexcenties,
vt meminit *VALERIVS*. id nostri fuit.

468750. li.

Plin. l. 36. c. 15.

At *MILO* debuit septingenties, narrante
PLINIO. Quod fuit.

546875. li.

Appian. lib. 2.
Civil.

IVLIVS CAESAR autem oppressus ære alieno
dixit, bis millies & quingenties centena mil-
lia sibi esse oportere, vt nihil haberet. Id de
nostro est.

1953125. li.

Sueton. in Ve-
spas. 18.

VESPASIANVS primus è fisco *Rhetoribus*
Græcis

G 3

	Græcis & Latinis, annua centena HS constituit. Id valuit nostri.	781. li. 5. 9.
<i>Liv. lib. 28.</i>	Illata sunt in ærarium à M. LIVIO & CL. NERONE COSS. Tricies & octoginta millia sestertiùm. De nostro.	296875. li.
<i>Sueton in Julio Cesare. 22.</i>	Aurea fori Romani, quod de manubijs IULIVS CAESAR inchoavit, super millies sestertiùm constitit. Id de nostro fuit.	781250. li.
<i>Liv. lib. 38.</i>	Relatum à SCIPIONE AFRICANO in ærarium Romanum, Bis millies sestertiùm. Id de nostro valuit.	1562500. li.
<i>Velleius lib. 2.</i>	Bis millies centies illatum ærario ab ÆMILIO PAVLO ex Macedonia manubijs. Id fuit de nostro.	1640625. li.
<i>Tacit. lib. 13. Annal.</i>	SENECA apud TACITVM fatetur se quadriennio comparasse ter millies sestertiùm, quantum & EPRIUS MARCELLVS, & CRISPVS VIBIVS, & PALLAS CLAVDIJ LIBERTVS, dicuntur possedisse. Id erat.	2343750. li.
<i>Seneca lib. 2. de Benef.</i>	LENTVLVS <i>Augur</i> , antequam libertini eum pauperem fecissent, quater millies sestertiùm suũ vidit, inquit SENECA. Quod fuit de nostro.	3125000. li.
<i>Velleius lib. 2.</i>	Pecunia quinq; IULIJ CAESARIS triumphis è manubijs lata, sexies millies & paulo amplius fuit. De nostro.	4687500. li.
<i>Sueton. in Caligula. 37.</i>	TIBERIVS CAESAR corrasit & reliquit, vigesies septies millies sestertiùm. Quod totum ante annum CALIGVLA dissipavit. id valuit.	21093750. li.
<i>Tacit. lib. 1. Historiar.</i>	NERO bis & vicesies millies sestertiùm donationibus effudit, referente TACITO. Id de nostro fuit.	17187500. li.
	Qui	

<i>Sueton. in Nerone. 31.</i>	Qui TIRIDATI vrbe discedenti donavit super millies sestertiùm. Id fuit de nostro.	781250. li.
<i>Sueton. ibid.</i>	Et eidem TIRIDATI in vrbe moranti, nummũ (id est sestertiorum) 800000. diurna, rogavit. Id fuit.	6250. li.
<i>Tacit. lib. 2. Historiar.</i>	VITELLIVS paucissimis mensibus (inquit TACITVS) consumpsisse creditur novies millies HS. Id de nostro fuit.	7031250. li.
<i>Sueton. in Vespasiano. 16.</i>	VESPASIANVS protestatus est in principatus sui initio, ob summam ærarij dissipacionem, quadringenties millies opus esse, vt Resp. stare posset. Maxima ea summa omnium quæ in Romanis leguntur historijs. Valuit de nostro.	312500000. li.
<i>Plutarch. in Camillo. & Liv. lib. 5.</i>	Redemptio Romæ à GALLIS mille auri libræ fuerunt (vna P. CLODIJ domus, triplo pluris postea constitit) auctore PLVTAKHO Id valuit nostri.	36000. li.
<i>Sueton. in Julio Cesare. 49.</i>	CAESAR (<i>Dictator</i>) in primo consularu 3000. pondo auri furatus è <i>Capitolio</i> , tantundem inaurati æris reposuit, vt retulit SVETONIVS. Id valuit de nostro,	108000. li.
<i>Sueton. in Augusto.</i>	OCTAVIVS CAESAR in CELLAM IOVIS CAPITOLINI intulit auri pondo 16000. Gemmasq; insuper & margaritas sestertiùm quinques millies. Quorum, aurum valuit de nostro.	576000. li.
<i>Plut. in Crasso.</i>	Gemmæ vero & Margaritæ valuerunt. Reliquiæ opum CRASSI, postquam decimam consecrasset HERCVLI, atque publico conuiuio populum Romanum excepisset, &	3906250. li.
	G 4 ciuibus	

ciibus in super lingulis dedisset 3. mensium triticum, fuerunt talenta 7100. Id valuit de nostro.

Plin. l. 33. c. 10.

PLINIVS autem in agris eum possedisse scribit bis milles centena millia sestertium. Quod de nostro fuit.

Liv. lib. 33.

ANTIOCHVS pro pace Romanis soluit ex pacto 15000 talenta. Id de nostro fuit.

Plutarch. in Sylla.

Mulcta *Asia* imposita à SYLLA ob defectionem, talenta fuit 20000. Quod facit de nostro.

Plutarch. in Antonio.

Tributum impositum *Asia* ab ANTONIO 200000. talenta. Quod de nostro fecit.

1331250. li.

1562500. li.

2812500. li.

3750000. li.

37500000. li.

CAP. XX.

De Proportione Auri ad Argentum.

V luculentior fiat nostra quæ præcessit nummorum tractatio, de auri argentiq; proportione, prætijs, & temperatura, pauca adijcienda sunt. De proportione autem imprimis sciendum, aurum obtinere à natura sua quod cæteris metallis præstet: quia cæteris & purius est, utpote magis liberum & segregatum ab excrementis, & etiam in mixtione ipsa perfectius, utpote exquisitissima actione caloris elaboratum. Metalla enim omnia licet in mixturæ suæ radice & initio,

tio, similia fere sint, varios tamen excretionis, coctionisq; gradus sortiuntur. Verum, quod certa proportione, argenti aut aliorum metallorum prætia aurum superet. Id non à natura est, sed constitutione principum. Proinde proportio ea auri ad argentum quam supra assignavi, scilicet duodecupla, perpetua non fuit, sed vel pro copia auri aut inopia, vel arbitrio principum sæpe variauit. IULIVS POLLUX, & apud eum MENANDER, & HESYCHIUS, atque apud * illum POLEMARCHVS, eam decuplam facit. Quin & tantum fuisse aliquando, non maiorem, apparet ex LIVIO, ubi à Romanis pactum cum *Ætolis* fuit, ut si aurum dare mallerent quam argentum, pro argenteis decem, aureum vnum persoluerent. Idemq; sane plurimum obtinuisse videtur in veteri Græcia & *Asia*, quod de Græcis ex DIOME ZONARAS obseruat, quod & de PERSICIS è SVIDA non obscure cognoscitur. PLINIVS proportionem auri ad argentum, cum primum Romæ signaretur, prodidit fuisse quindecuplam, nam auri scrupulum inquit valuit sestertijs vicenis. Tempore vero ARCADIJ & HONORIJ constat fuisse fere, ut $14\frac{1}{2}$. ad vnum, ut * ex eorum constitutionibus clare elicitur. Valuit autem interdum aurum ut *i.* par 13. argenti, etiam apud *Asiaticos*, ut euident ex HERODOTO, ubi vnum talentum auri 13. argenti talentis taxatur. Porro, ea proportio aliquando fuit, ut *i.* ad $12\frac{1}{2}$. ut cum Au-

H reus

Pollux. lib. 9.
Onomast. cap. de
Talent.
Hesychius in
ἄργυρον.
* In vocabulo.
Χρυσός.
Liv. lib. 38.

Zonar. Tomo.
3. Suid. in
Δαρικός.
Plin. l. 33. cap. 3.

* *l.* lib. 1. c. de
Argent. pret.

Herodot. in
Thalia.

Sueton. in Otho.
Tacit. lib. 1. Hi-
storiarum.

Dion. lib. 55.

Plato in Hip-
parcho. Plin. lib.
19. cap. 1.

reus Romanus didrachmus valeret sestertijs centum, vt in GALBAE temporibus, ex collatione SVETONIJ & TACITI fuisse cognoscimus. Nam de eadem OTHONIS largitione locuti, ille aureum, hic 100. sestertios eam facit, vt etiam DION 25. drachmas, quod in idem plane recidit. At proportio auri ad argentum celebratissima, & quæ plurimum euicit, est duodecupla. Quæ non solum PLATO verã esse illorũ metallorũ analogiã statuit, & apud Romanos circa PLINIJ tempora valuisse video: qui quatuor denarijs vnum auri scrupulum permu- tari scribit. Verum & eandem æstimationem proportionemq; apud nos, aliasq; gentes plu- rimas iamdiu obtinuerunt. Pro illa autem v- triusq; proportione, statuendum est hunc in modum vtriusq; metalli pretium & æstimatio.

CAP. XXI.

De Auri & Argenti Pretijs.

Libra { Argenti, 3. li. } Continet Libra 12.
Auri, valet 36. li. } Vncias. Ponderat gra-
* Obrizi, 37. li. 10. s. } na. 69 12.

* Budeus de
Asse. lib. 5.

Vncia { Argenti, 5 s. } Continet Vncia 8.
Auri, valet 3. li. } drachmas: Ponderat
grana. 576.

Drachma { Argenti, 7. d. ob. } Continet Drachma,
Auri, valet 7. s. 6. d. } 3. scrupula: Ponderat
grana. 72.

Scrupulum

λίτρα.

οὐγγία.

δραχμή.

Scrupulum { Argenti, 2. d. ob. } Continet Scrupu-
Auri, valet 2. s. 6. d. } lum Obolos 2. Pon-
derat grana. 24.

Γράμμα.

Obolus { Argenti, 1. d. q^a. } Continet Obolus Ce-
Auri, valet 1. s. 3. d. } ratia seu siliquas 3.
Ponderat grana. 12.

ὀβολός.

Siliqua { Argenti, q^a. q. c. 1/2. } Continet Siliqua seu
Auri, valet 5. d. } cceratiũ, Ponderatq;
sitaria seu grana. 4.

Κεράτιον.

Granum { Argenti, c. 1/2. 1/2. }
Auri, valet 1. q^a. }

Σιτάριον.

CAP. XXII.

De Aurei & Argentei Nummi Tem-
peraturis.

Superest vna consideratio de au-
ri & argenti tēperatura, quæ est
eius permixtio cum materia a-
liena: Aurum enim Argento,
Argentũ ære temperant, vt pro-
inde in aureis, & argenteis nũmis varij obser-
uentur gradus puritatis. Aureorũ autē omniũ
purissimi, DARICI sunt. DARIVS enim HERO-
DOTO referente, quoad fieri potuit, omnem

Herodot. in Mel-
pomene.

H 2

mate-

materiam alienam excoxit. Quod & inter Romanos Imperatores TACITVS fecit: *Obrizum* Monetales viri id vocant: nam in officina monetali natum id nomen fuisse, cui tamen aliam originem * quidam assignant, * PLINIVS non obscure significat. Est autem *Obriza* examen seu probatio per ignē acerrimū, qua omnis fere alienæ materiæ admixtio excernitur: dixi (*fere*). Nā eousq; excoqui aurum posse, vt caractæ vnus quadrans tantum relinquatur materiæ alienæ, id est pars totius massæ nonagesima sexta, metallari jagnoscunt, eamq; puritatis gradum EDVARDICOS NOBILES adeptos esse. In argēto autem volunt, necessario relinquere quadragesimam octauā partem materiæ alienæ: verum exquisitissimi monetales affirmant aurū ad vltimū etiam quadrantis caractæ quadrantē, id est decimā sextam caractæ partē defacari & expurgari posse, ita vt solum trecentesima octuagesima quarta pars alieni metalli derelicta sit. Argentum autē decoqui posse, vt nihil preter merum argentum supersit, licet non sine aliqua eius iactura illud fiat. Scribit autē BODINVS ex Aurificū (vt inquit) *Parisiorum* experimētis, in aureis nummis VESPASIANI factis, solam septingentesimam sexagesimam nonam partem defuisse summæ eorū bonitati. Quod si verū trigesima secunda tantū pars vnus caractæ materiæ alienæ superfuit; verum vtrumq; fuerit summa aureorum *Daricorum* puritas. In Græcis tamen

Aureis

* *Obrizum* ijs quasi *ophirizum*. id est aurum ex *Ophir* allatum. * *Plin.* l. 33. c. 3. *Vide.* *Bude.* lib. 3. de *Affe.*

Bodin. lib. 2. *Theatr. Nature.*

Vide Agricol. l. 2. de *Ponderib.* & *Temperatura* *Monetarum.*

Plin. lib. 33. c. 4.

Herodot. lib. 4. in *Melpomene.* * *Vide Agricol.* loc. allegato.

Aureis PHILIPPI, ALEXANDRI, DEMETRIJ, &c. vt etiam in externis *Prusia* & *Mithridatis*, admixta fere fuit quinquagesima Argenti portio. In Romanis autem quos signarunt Consules & Imperatores ad VESPASIANVM vsque, quadragesima & octaua fuit argenti portio. Quam temperaturam aurei *Turcici*, *Hungarici*, veteres *Hispani*, & fere *Ducati Veneti* hodie seruant. *Ducati* autem *Romani*, *Bononienses*, *Lucenses*, *Mediolanenses*, mixtionem habent tricesimæ secundæ partis argenti. *Coronati Francici* & *Burgundici* decimam sextam recipiunt. *Coronati Italici* fere partem nonam: qui autem optimi, saltem duodecimam. Aurei *Rhenani* partem quartam, (qui ea causa albescunt) vt electri potius quam auri nomen mereantur, cum electrum sit authore PLINIO, etiam cum quinta pars argenti auro sit admixta. Verum omnium maxime argentosi, sunt *Philippici Brabantini*, & *Wilhelmij Hollandici*, in quorum mixtura sunt 15. auri, 9. argenti portiones.

Argentei autem nummi *Aryandici*, (*Aryandes* sub *Cambyse Persarum* Rege *Egypti* præfectus fuit) omnium erant purissimi, omni plumbo vt HERODOTVS author est, quoad fieri potuit excocto: * Potest autem sine argenti iactura, vt drachma plumbi in besse argenti (quam *Marcam* vocant) id est, in 8. argenti vncijs resideat. Pars ea est sexagesima quarta. Græcorum argenteis nummis fere inest quinquagesima pars alieni metalli, Idem

H 3

Plin. l. 33. c. 3.

In Asiaticis. In Romanis vsq; ad VESPASIANVM quadragesima octava: Post VESPASIANVM interdum vigesima quarta, Nisi quod solus LIVIVS DRVSVS, etiam tempore Consul, ante *Cæsares*, notatur in Tribunatu suo, octavam æris partem admiscuisse.

Plin. l. 33. c. 9.

Æreis demum nummis ferrum miscuisse notatur solus Triumvir ANTONIVS, vt etiam argenteis, sed qua mensura incertum: Imensus Helluo, cum plus auri & argenti, ex vna Asia vno anno corraferat, quam ex toto Imperio Romano longis spatijs TIBERIVS, plusq; inter cœnas & luxurias dissipaverat, quam NERO aut CALIGVLA, aut quisvis alius dissolutissimus ærarij Romani exhaustor & expilator, ne æs quidem sine ferro hominibus purum, ferreus & impurus nebulo relinquere potuit.

Ferreis tamen nummis vsus fuisse olim gentes aliquas certum est. Nam & ferrei nummi ARISTOTELES meminit in *Oeconomicis*, & Britannos *Cæsar*, Byzantios *Pollux*, & Aristides *Lacedæmonios*, ille & *Xenophon*, & *Plutarchus*, (quibus alij non permittebantur ex *Lycurgi* legibus) nummos ferreos in vsu habuisse prodiderunt. Verum & stanneos nummos fuisse aliquando sub DIONISIJ tyrannide *Syracusanis*, POLLVX etiam retulit: quin deniq; neque corium exclusum fuisse ab hac dignitate intelligimus ex PLATONE, qui *Carthaginenses*, adhibuisse in cōmercijs nummos ex corio, magnitudine stateris, * alicubi meminit. CAP.

Arist. Oeconomic. 2.
Cæsar. l. 5. Bell. Gall.
Poll. l. 9. cap. de Talent.
Plutarch. in Lycurgo. & in Lyfandio.
Aristid. in Platonica. 2. pro Quatuor viris.
Pollux. l. 9. Onomastic. Cap. allegat.
** Plato. in Eryxia.*

CAP. XXIII.

De Pretio & pondere æris & aliorum Metallorum.



Erum cum in Nummis etiam æris ratio habita sit, adijciam pauca de eius & aliorum etiam metallorū pretijs. Pretium quidem æris ab initio Romanæ Reip. idque diu, ad primum Bellum *Punicum*, respectu argenti fuit fere 840. pro 1. cum scilicet vetus denarius Romanus 10. æris Libras pretio valeret. Postea vero crevit eius æstimatio, vt reducto ad 2. vncias Assæ, vni argenti libræ 140. cum ad vnciam vnā, 70. cum ad semunciam 35. fere responderent libræ æris, in nummis scilicet signatis: cum vero denarius ad drachmam esset contractus, etiam 32. Rudis vero æris, pretium sub ARCADIJ & HONORIJ Imperio (vt alias fuit antiquitus ignoro) tale fuit, vt 100. æris pro 1. argenti taxarentur. De reliquorum metallorum pretijs AGRICOLA videatur.

Dixi aliquid de æris pretio, dicam etiam pauca de eius & aliorum metallorum ponderibus, quod videam scriptores in ijs statuendis, nonnihil hallucinari. Inter metalla autem gravissimum omnium aurum est, cui plumbum bene repurgatum fere cedit parte octava: fallitur enim * PLINIVS qui plumbum auro

Lib. 1. cap. de Argenti. pret.

Agricol. lib. de pret. Metallorum.

* *Plin. l. 33. c. 3*

*Ex experiētijs.
Nic. Tavalæ, in
Appendice ad
lib. Iordani de
Ponderofitate,
& Franeisc.
Fuxei Parisiens.*

** Ar. Montan.
Vol. 3. de Men-
sur. cap. de Sicli
partib. & cap.
de Chibar.*

auro præponderare scriptum reliquit. Plum-
bum autem ruidius eiusdem fere ponderis
cum argento est : at bene excoctum & repur-
gatum, tertia fere parte sui ponderis ipsum
superat. Argentum tamen æri, parte fere ter-
tia & dimidia præponderat. Aes autem ferro,
parte fere sexta gravius est, ferrum denique
stanno, parte decimasextima fere : ut stannum
sit metallorum omnium levissimum, sicut
aurum gravissimum. Et ut aliquid observem
de lapidibus: Adamas dimidium fere plumbi,
marmor dimidium ferri ponderat. Ita aurum
proportionem ponderis habet ad argentum,
non ut * aliqui temere pronunciarunt du-
plam, aut triplam, sed sesquialteram & sesqui-
quintam ; scilicet ut 17. ad 10. Aurum ad
plumbum, sesquioctavam fere. Aurum
ad æs, duplam & sesquioctavam.
Aurum ad ferrum, & stannum,
duplam & plusquam ses-
quialteram.

* *
*

FINIS.
